ſibi canẽ/atq̃ tormẽta q̃ ſibi parata erãt precaueẽ.Jngemuit virgo vehemẽter/
oculiſq̃ ad celũ erectis dixit. Ne deſeras/neq̃ deſpicias me dñe deus me⁹/rex
celi ⁊ terre in tp̃e iuuẽtutꝭ mee/neq̃ me Ancillã tuaz perire pmittas:ſed ꝯfirma
me in virtute tua.Demõſtraq̃ mihi/qs nam ſit/q talia mihi ſuadere nõ vereẗ.
E celo ꝯfeſtim vox inſonuit dicẽs. Cõfide Juliana qꝛ ego tecuz ſum/vt glorifi/
cem te:hũc autez qui te aloquiẗ apprehende. Quẽ quum apprehendiſſet/atq̃
de eius noie virtuteq̃ percunctata/vt aũt illum cognouit/ſtatim inmaniſſimis
verberibus ⁊ cruciatibus diu afflixit:atq̃ ad vltimũ laqueo appenſum/in ſter
quilinium probiecit. Poſtmodum iuliana rutilanti vultu in pretorium con-
ceſſit/⁊ ſe prefecto ſponſo ſuo mirabilem oſtẽdit. Quam cum intuitus fuiſſet/
dixit. Dic mihi ſpõſa mea iuliana/quo nã pacto/ate tot ſunt ſuperata tormẽta?

Audi me inquit infide ⁊ dyre tyrāne/Sathanam patrē tuum/dominus meus ieſus xp̄s euicit/neqꝫ id qdem ait meis virtutibus/ſed angeli domini mei ieſu xp̄i preſidio liberata ēt in tui ꝯfuſiōe ſum. Incredibili aūt furore ſuccēſus prefectus iuſſit beatam iulianam crudeliter ⁊ ignominioſe in rotaz ferreā imponi cui accutiſſimi claui infixi erant:ſed dey virtute ⁊ munere mox ⁊ cataſta ⁊ oīs machina cominuta eſt/atqꝫ vincula oīa prorſus dirupta. Tum iuliana virgo aſtātibus ait. Audite me oēs qui meo huic ſpectaculo adeſtis. Nihil cuiqꝫ accidē vel ꝯtingē pōt:qđ aut dono ſūmi dī/aut pmiſſiōe ſua fiat. Nos aūt xp̄i ieſu fideles/qui regnoꝝ celeſtiū predā cenſumqꝫ muneris.ſempiterni ꝯtēdim⁹ occupare/eſſe nō poſſumus/ſine aliqua cōgreſſione victores. Nūqꝫ.n.delicata ac ignara certaminis virt⁹ premiū de ſubactis aduerſis recipit/q victoria/cariorem viliſſimaz indicat ſui corporis vitā. Nec morꝭ concutiꝭ metu/cui de morte vita naſciꝭ/precioſum eſt illi ſanguinē fundere. His dictis in hūc modū orauit ad dn̄m dicēs. Deus pꝫ oīpotēs/⁊ imortalis/vita oīum in te credētiuz/qui celum extēdiſti/terrāqꝫ fundaſti/atqꝫ hoīem quem tuis feciſti manibus/mīme deſeruiſti:Quiqꝫ nihil fieri pmitꝭ/ꝙ nō de interiore ītelligibiliqꝫ aula tue ſumme mayeſtaꝭ egrediaꝭ.Cuius qdez tua volūtas primaria cā eſt.vz vite ⁊ morꝭ tum ēt premiorum/penarumqꝫ eodemqꝫ modo ⁊ collati cuiuſcunqꝫ beneficij/⁊ relate gratie:Eādemqꝫ tuam eſſe voluntatem ſolam/aqua quecūqꝫ ſūt/ortuz habuere quum ipſa tua mayeſtas ſit eterna/que nullum vnqꝫ habuit ortum. Eam quidem ⁊ naturam ⁊ poteſtatem infudiſti/vt oīa certa ratiōe atqꝫ ordine ſuos faciant progreſſus/⁊ naſcendo ⁊ moriendo per varias diuerſaſqꝫ cās ⁊ affectus/nūc tardius nunc citius. Nihilqꝫ cuiqꝫ ꝯtingere permittas/qđ aut tuo dono/aut tua permiſſiōe fiat. Nunc igiꝭ mi dn̄e deus qui mihi ancille tue/in oībus auxilium donare dignatus es/eſto mecuz in hac hora/⁊ libera me a malitia ⁊ tyrānide hui⁹ peſſimi tui noīs inimici. Vix hec expleuerat btiſſima virgo/quum oēs carnifices clamore ſublato/dixerunt. Potens eſt deus Iuliane nec alius nemo eſt deus preter ipſum. Penitet etenim nos plurimum/ꝙ nūc vſqꝫ diſtulerimus dn̄m ieſum xp̄m verum deum agnoſcere. Igiꝭ age/facqꝫ/de nobis quoduis/infer ſupplitia/ignes/ferrūqꝫ para/qꝛ optimam partez dn̄i ieſu xp̄i decernimus aſſequi. Renūtiatum eſt illico Dioclitiāo impatori.qui iuſſit eos omnes gladio puniri/btām ꝟo Julianam ignibus cōcremari. Sed iuliana in medio ignis aīo infracto atqꝫ ingēti illeſa perſiſtens/glorificabat dn̄z ſaluatorem oīum. Tunc impoſita eſt ſuper ollam/inqua liquefactum erat plumbum:que ⁊ ipſa dei virtute tāqꝫ balneum temperatum effecta eſt.ſed ex reſiliētibus gutꝭ/ex aſtantibus gentilibus/quinqꝫ ⁊ ſeptuaginta periere.Ea propter data a prefecto ſententia/iuliana decolata eſt.Ac ſic ex huius ſeculi tedioſa/p moleſtaqꝫ peregrinatione/⁊ ex hiſce erroribus turbulenꝭ in tranquillum illum ⁊ exoptatum btitudinis portum beneficio accerbiſſimi martyrij quartodecimo chalendas martias elata eſt. Illam igiꝭ cum dyabolo primum conflixiſſe ⁊ de ipſo triumphaſſe/atqꝫ inde flammas ignum/⁊ ollam feruentem ſuperatam optatam beatitudinem promeruiſſe cōſtat/que nulli fortune/nulliue corruptioni ſubiecta eſt. Unde eius martyrium chriſtiani ſingulis annis/cū laude/⁊ gratiaruz actione ad deuz/atqꝫ ſingulari deuotione proſequūꝭ. ꝙ his fluctuoſis ſeculi malis iuliana ꝟgo liberata/celeſtib⁹illis ſempiterniſqꝫ bonis cū

triumpho potita ſit. Eius autē ſanctum corpus haud multo poſt aromatibus conditum/per Sophroniam nobilez matronam. apud puteollanaz campanie vrbem delatum eſt. Aliam aūt eiuſdem nois virginem apud Comū/Ciſalpine gallie fuiſſe conſtat. quam huius martyrij genus pertuliſſe plurimi aſſeuerāt. quod ego non libenter aſſentio.

De ſancta Chriſtina virgine ꝛ martyre. capitulum. ciii.



Chriſtina virgo ꝛ martyr, natione Ethruſca/ ex oppido vulſino/qđ nūc Bulſena oppidum nūcupať/qđ quidem oppiduz edificatuz fuit in ruinis vrbis vulſinenſium q̄ olim erat ex primarijs Ethrurie vrbibus oriunda. Imperātibus Diocletiano ꝛ Maximiano principibus/ꝛ Marcello pōtifice in cathedra petri preſidente/glorioſum ꝑ xp̄o/apud idem Oppidum pertulit martyrium. Hec qppe Vrbanuz viꝝ nobiliſſimum habuit parētē: que cū eſſet eximie pulchritudis ac īgenio/ꝛ moribus plurimum īſignita/ſua inadoleſcētia/magno fuit patri ſolatio/magnoq; gaudio ac voluptati/maxime cuz aīaduerteret ipſaz ingenij eſſe maximi/ꝛ plurima moꝝ elegātia/atq; probitate filia/quibus quidē virtutibus ipſe Vrbanus pater miro ꝑfundebať gaudio. Hec itaq; oībus virtutibus decorata/diuīo afflata numīe/ad xp̄m ꝯuerſa ꝛ baptizata/xp̄ianam religionem ꝛ re ac noīe/miro ardore cōplexa eſt. Cui⁹ pater cū in thuri excelſa dijs aureis argēteiſq; ſepius ſacrificaret/ēt filiam id facere edocuit quo poſtmodū/errore cognito/ſpreť idolis/ſuū ſacrificiū chriſto offerre ꝯſtituit. Qđ ancille vidētes/eidem dixerūt. Quid eſt dn̄a nr̄a. ꝙ iaz multis diebus exactis/ex qbus abſte dijs nō eſt ſacrificatuz? Veremur etenim/ne ob id irati/iram ſup nos e celo trāſmittāt. Accuſarunt igiť eam apud p̄rem ſuum/ꝙ ꝯfractis paternis idolis/pretium pauperibus diſtribuiſſet. Quā obrez pater/nimiū iratus/acriter eam cedi fecit/ac in tetro carcere recludi: At xp̄iana poſt ceſionē ad patrem ait. Auraz mi pater ignis ꝓbat: ſic ꝛ flagella bonos viros: Opus eſt eniz ad notitiā ſui experimēto venire. Quid quis poſſit/niſi temptatus/nō didicit. Rurſus e carcere vbi ſeruabať a patre accerſita/vidēs eiuſ aīum in propoſito xp̄ianitať fixuz: furore ſuccenſuſ/nullū aut excogitari poſſe genus cruciatus/qđ illaz ad mortez vſq; nō affixerit/deinde in rotha porrecta ac vincta/quo tortiōis genere aliud nullum inueniebať horribilius/ita mēbratim exagitari fecit/vt ſoluť eius neruis/artubuſq; laxať/eius carnes defluerēt: At virgo cōſtantiſſima tulit de carnib⁹ eius/ꝛ in faciem patris proiecit/dicēſ. Deſideraſti innocētium carnes manducare/iam tuam ipſi⁹ carnem māduca. Tuz pater iuſſit aliā Rothaz afferri/inqua xp̄ina ligareť: ꝛ igne ſub rotha oppoſito/rothādo oleum deſuper infundi: Sz xp̄i ancilla dum hec īmania circa eaz agereť/aīo infracto dixit. Sicut dies tui pater pronis lapſibus accellerāt incaſſum: ſic imundus ſordibus ſenectuť/te rothabit l lapſuz/ſed me ſuffragio

mortis victricem tandem ſuſcipiet celum. Apud me ⁊ cunctos chriſti fideles
poſt perditum mūduz/poſtqꝫ huius corporis mortē/ſanata erunt oīa/ipſa qui
dem letabor in columitate membrorum/vbi vita/nullo morbo vexabit. Cunqꝫ iaz
eius diſrumperent membra: Chriſtina his verbis orationez fudit. O dn̄e ieſu
chriſte/qui vna cum patre eterno in celo ſemper habitas/⁊ nuſqꝫ dees/obſecro
ne derelinquas me in agone ꝯſtituta/ſed extēde manum tuā/ ⁊ hunc qui mihi
paratus eſt/extingue ignem/ne mihi ancille tue tyrānus pater meu⁹/ſuper me
gaudeat. Uix hec verba effata/flāma erupit/⁊ mille viros īterfecit. Tūc pater:
enara mihi inquit Chriſtina obſecro/quis te tot/tātaqꝫ maleficia docuit? Re-
ſpōdit illa. Dixi iam tibi/meū patrem eſſe chriſtuz/qui me veritatem obſerua
re docuit/⁊ ab errantium via/ad eternaz gratiam me perduxit. Repletus ira ⁊
inſano furore Urbanus/iterato eam in carcerez recluſit. vbi angeloruz miniſte
rio nō modo paſta/ſed ⁊ ab oī plaga curata eſt. Circa ꝟo medie noctis ſilētiū
Urbanus pater/miſit/qui Chriſtinam virginē ligato ei ſaxo in vulſinu ibidem
prope demergerēt lacum ſed angelico preſidio liberata/in litus eueſtigio ī co
lumis delata eſt. Tunc orauit ad dn̄m dicēs. Domine ieſu xp̄e/qui nō derelin
quis preſumētes de tua miſericordia/obſecro nūc tua mirabilia in me ancillā
tuam oſtēdere nō recuſes/ſed me per baptiſimum renaſci iube/vt ab omni car
nis inquinamēto ⁊ ſathane ſpiritu emūder. E celo protinus nubes lucida de/
ſcendit/⁊ baptizauit eam: Moxqꝫ vox ſubſecuta eſt/dicēs. Ego ieſus chriſtus
quez cōfeſſa es nūc adſum quoniaz īuocaſti me/ nec te prorſus derelinquā/do
nec compleat curſus vite tue. Eadēqꝫ nocte eius pater Urbanus dei iuditio
nature cōceſſit. Poſt cuius obitum Dyon quidaz maximus chriſtianorum per-
ſecutor/in magr̄atu ſucceſſit. Qui cum chriſtinam ad imolādum idolis coge-
ret: ipſaqꝫ ſe facturam omnino recuſaret/illico in clibanum pice/ceraqꝫ/ac oleo
ſuccenſum īmitti iuſſa eſt. At illa leto vultu celum aſpiciēs. dixit. Hymnum
tibi dico/tuūqꝫ nomen ſanctum glorifico dn̄e ieſu chriſte qui me dignat⁹es re-
naſci/per lauacruz generatiōis ⁊ renouatiōis tui ſctiſſimi nomīs. Uidi etenim
ſanctum āgelum tuuz/cuius ope ignis iſte ſuperatus eſt. vt per tua mirabilia/
tuum ſanctuz nomē vbiqꝫ glorificet. Ac per hoc ignis illi minime īfeſtus eſt.
Poſtmoduz iuſſa eſt Apollini thura iactare/ſed orāte illa/ſimulachruz quod
adorare iubebat/ī fauillam ſubito redactum eſt: ⁊ tyrānus ſtatim interijt/quo
quidez miraculo/tria milia hoīum chriſti iugo colla ſubmiſere. At vbi. Julia
nus quidam eidem ſucceſſor factus fuiſſet/⁊ ipſe chriſtinam virgiem idolis
imolare precipiſſet/illaqꝫ ſimiliter īfracto aīo abnuiſſet/iterato in ardētez cami
minū proiici iuſſa eſt: ſꝫ ⁊ dei virtute ī nullo leſa/e camio/veluti de lauacro/ſu
dans exijt magnifica. Uidēs autem Julianus virgīs/ virilem cōſtātiam: per
Marſum duas Aſpides/⁊ duas viperas/ac dracōes duos eidez iuſſit dimitti.
Qui mox Marſo iterfecto/ pedibus eius ſe ſe proſtratos dederūt. Quibus illa
loca deſerta mox petere precepit. Tum Chriſtia aſtātibus voce ſubmiſſa di-
Nota. xit. Non eſt cariſſimi meiarbor ſolida/neqꝫ robuſta/niſi que aſſidui turbinis
incurſiōe ſtipitibus cōcuſſis/huc atqꝫ illuc īclinata temptetur/inqua ſepe ven
torum turbinum flamē incurrat. Ipſis etenim vexatiōibus cōſtringitur/premi
tur/fixiſqꝫ radicibus certius roboratur. Ita ⁊ ipſa nūc mordacibus huius ty
ramni flagellis frequentium tormētoruz munior extēſa/⁊ corrigor roborata/ac

conſtringoꝛ ceſa/igitur carebo ſqualoꝛibus/dum longis caſibus venio ventilata. Poſt hec Chriſtina oratiõe fuſa/Marſuꝫ ſuſcitauit a moꝛtuis. Propter qđ Julianus obduratus ſubiugatam inquit chriſtina oẽm terram tuis maleficijs rediđiſti? Reſpõdit illa. O obdurato nimium coꝛde/ ⁊ ab omni pꝛoꝛſus veritate aliene/quomodo/necdum deum/ ⁊ dominum noſtrum ieſum chriſtuꝫ qui pꝛo me taꝫ mirifice pugnauit agnoſcis. At ille implacabili ira comotus/ poſt mamillarum abſciſionem/etiaꝫ liguaꝫ eideꝫ abſcidi mãdauit: Quibus geſtis ſubito facta eſt ad eam vox de celo dicẽs. Quia bene ⁊ perſeuerãter curſuꝫ cõſumaſti Chriſtina famula dei/multumqꝫ ſuſtinuiſti/iccirco regna celoꝛum/tibi vtiqꝫ ſunt reſerata. Igitur ſagittis plurimis cõficta/martyrij ſui curſum cõſumauit/nonoqꝫ chalẽdas Auguſtas iuſtitie coꝛonam ⁊ requiem iter angeloꝛũ choꝛos accepit/vbi omni perturbatiõe curaqꝫ vacua/ letatur ⁊ exultat diuia viſione perfruẽs. Eius autem ſanctuꝫ coꝛpus venetias poſt annos. quatringẽtos quinquaginta trãſlatum/in Toꝛcellana haud magna vrbe ſeruatur. Ad eam enim vrbẽ a cõſtantio Eraclij imperatoꝛiſ filio autumãt fuiſſe delatuꝫ. q̃ cuꝫ Romã accederet/eo in loco declinãs. vicuꝫ extruxit que ex ſuo nomĩe cõſtanciacum voluit appellari/e roma ꝟo rediẽs. ex vulſino ſublatuꝫ illi eccleſie Toꝛcellane dono dedit. vbi ⁊ nũc vſqꝫ ſeruatur.

¶ De ſancta Fauſta virgĩe ⁊ martyre. capitulum. ciiii.



FAuſtam item italicaꝫ virginem cũ Eulaſio militie magiſtro eodeꝫ tempoꝛe ſub Maximiano pꝛĩcipe glĩoſuꝫ martyriuꝫ ꝑtuliſſe cõpio ſꝫ ex qua ciuitate fuerit vetuſtas abſtulit. Nam idẽ Eulaſius cum eſſet pꝛimus palatij tyrãnus ſeu magiſter ab Maximiano pꝛimuꝫ deoneſtatus/ deinde in Equleo diu ſuſpẽſus ⁊ toꝛtus fuit. Fauſtam ꝟo virgũculam etatis triuꝫ ⁊ decem ãnoꝛum per mediuꝫ/ quaſi lignum ſecari pꝛecepit. Hec itaqꝫ tãto memoꝛatu dignioꝛ fuit/quãto parẽtibus oꝛbata puellula effulſit ſplendidioꝛ: Que vbi tredecim annoꝛum puella parentibus oꝛbata fuit in chriſtiana fide/apud quendam grauem virum Cozicum nomine/per agnatos ennutrita ⁊ infoꝛmata peregregie extitit. Que diuini pꝛope ſpiritus cum eſſet puellula/vt perſpicue dignouiſſet chriſtianoꝛum vita/cũctis in ſpeculo eſſe poſitam: mox pꝛo ſua virili ſtuduit/ſapiẽtie grauitati ⁊ manſuetudini operam dare/nec ſuam linguam in operibus hominum loquendo inquinari conſtituit: ſed potius ſine vlla intermiſſione in lege domini meditari die ac nocte. Et propterea ſi aliquiſ ſue ſalutis inimicus/eidem quouis modo ſubſanaſſet/ deriſiſſet/aut detraxiſſꝫ non ſolum metuere videbatur/ſed potius letabatur. Memoꝛem ſe illius pꝛophetice ſententie confitebatur eſſe per quam/dominus ſui nominis cauſa tribulatis: hoꝛtatur dicens. Audite me qui noſtris iuditiuꝫ popule meus i quorum coꝛde/lex mea poſita eſt. Nolite timere obpꝛobria hominum/⁊ coꝛũ blaſ

femias ne metuatis:quia ſicut veſtimentum/ita ⁊ ipſi per tempus deficiẽt:⁊ vt
lanam comedet eos tynea:iuſtitia autem mea in eternuz manet/ſalutare ꝟo ve
ſtruz/in ſeculum ſeculi. Hãc igitur Maximianus Auguſtus audiẽs eſſe chri
ſtianam:cõtinuo Eulaſium militie magiſtruz miſit.qui eaz diligẽti indagatio
ne exquireret/inuẽtam ꝗꝫ idolis ſacrificare compelleret:Quam inuentam/blã-
dis primo ſermonibus/vt diis imolaret adhortari cepit.Cui virgo. O Eulaſi/
talibus inquit diis ego mĩme ſacrifico:quoniaz ſurdi/muti/⁊ ceci/ac opera ma
nuum hominuz ſunt. Ego quippe deũ meum habeo/quẽ adorez ſaluatorẽ me
um ieſum chriſtuz qui in celis ad dexteraz patris ſedet/cui ſacrificiũ laudis ſa
crificem. Nec eſt/cur euz relinquaz/ne mee illibate virginitatis mercedez per
dam:Eulaſius ad eaz ait. Audi me Fauſta:⁊ credẽs mihi diſces a me vtiqꝫ ve
ritatem. Ne me inquit putes Fauſta de inſcipiẽtibus ſeculi eſſe virginibus/vt
me tuis blandis ſermonibus circũuenias aut lactes/q: chriſti ancillaz me pro
fiteor/que etſi etate paruula tibi videor/cor tamẽ deo meo firmiter coheret. Eu
laſius ira repletus/precepit/vt ea coraz/omnia carpẽtariorum ferramenta affer
rentur:vt vel ex his perterrita eius ſententie obtemperaret. At illa in domino
confidens/minaſ nõ modo contemnere/ſed ⁊ tormẽta appetere videre viſa eſt.
Dicebatqꝫ. Mihi equidez tutiſſimũ eſt Eulaſi atqꝫ pro magno duco/poſſe do/
mini mei ieſu chriſti imitari atqꝫ ſequi veſtigia q dixit. Ego ſum/via/ veritas/
⁊ vita: Nequaqꝫ me errare pertimeſcam/ſi veritatem ſequi voluero. Et ideo il
lum/humili prece deprecor/vt mihi concedat ambulare/prout ipſe ambulauit.
Ipſe quippe dominus meus ieſus chriſtus(vt diuus eius apoſtolus Petrus
ſcribit)pro nobis paſſus eſt/relinquẽs nobis exempluz ſequẽdi veſtigia eius:
Qui peccatum non fecit/nec inuentus eſt dolus in ore eius.Qui cum maledice
retur/non maledicebat:cum pateretur/non comminabatur. Tradebat autem
iudicanti ſe iniuſte/qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſup lignuz/
vt peccatis mortui/iuſtitie viuamus. Ad illiuſ exemplum igitur mittimur oẽſ/
quem fatemur imitandum: His ex ſententia dictis Eulaſius confeſtim eam ſu
ſpendi fecit/atqꝫ vngulis inmaniter exungulari: Que dum torqueretur: orauit
dicens. Deus pater domini mei ieſu chriſti/qui tribus pueris in camino igniſ
affuiſti/⁊ Teclam virginem tuam de igne ⁊ amphitheatro liberaſti/atqꝫ Da-
nielem puerum tuum de lacu leonum: Quiqꝫ ⁊ beatum Petrum apoſtolum
tuum/qui in vinculis tenebatur in carcere abſoluiſti:atqꝫ Moyſem famulũ tu
um per mare/quaſi per ſiccum eduxiſti: Qui ⁊ reſpicis ſuper terram ⁊ faciſ eã
tremere:mihi ancille tue peccatrici obſecro propitius adeſto/quibus expletis/
protinus fulgur e celo cecidit/quo ꝓdigio multi cõterriti ac admirati ſunt. Et
qꝫ maxime Eulaſius vehemẽtius expauit dicens. Ne forte hec malefica per-
dat nos oẽs/ſicut actenus miniſtros noſtros:iccirco ligneum loculum deffer
ri precepit/vt in eo tãqꝫ lignum coniecta/ſerra inmaniter ſeccaretur. Verũ car
nifices in ſecando ipſam/adeo deſudarunt/vt pro ſudore/ſanguinem viuum ef
funderẽt. Laſſiqꝫ nimiuz recedẽtes/eulaſio ipſi nũciarunt/alioſ ſufficeret/quo
niam viribus fracti/vltra amplius nõ valerent.Ob hoc cõturbatus nimiũ Eu-
laſius:Scio inquit o Fauſta me tuis viribus cõtriſtari haud poſſe/ quoniam
malefica es:Cui illa.Celerius enim te ad fidẽ meã cõuerti faciam/quam tu me
ad tuos nephãdos errores perducas. Deus chriſtianorũ o Eulaſij imortalis

oino eſt/immortaleſqꝫ efficit/eos qui ob eius amore in agone cõtendunt ⁊ vin
cunt. Nam ipſe ſuo nos euãgelio/docet creatorẽ ſolis ⁊ lune decẽti fide colere:
nec elementa corporum/nec alia viſibilia/ſed eũ/qui per hec inuiſibiliter cogno
ſcitur/creãtem intellectum ſoluꝫ admirari:ſolũqꝫ adorare nos docuit: qui per
omnia penetrãs/cum ſit incomparabilis/ſolo intellectu percipitur. Pãdit au-
tem nobis per ea que fecit. Que producit/gubernat/cõſeruat omnibus inuiſibi
liter aſſiſtẽs/nõ celeſtibus ſolum/verum etiã terreſtribus magnificẽtiam ope-
rum ſuorum/per hec oſtẽdere volens/his ẽt qui deos falſos adorant. His au
ditis Eulaſius credens: Fauſte ſententiam illico ſecutus eſt. Tum imperator
prefectum miſit/qui Eulaſiuꝫ puniret. Comprehenſa deinde fauſta/in Amphi
theatrum perduci iuſſit:vt feris eam dilaniãdam exhiberet: Que omnes curen
tes/veluti canes mãſuetiſſimi/ad pedes virginis accubarũt. Poſt hec clauos
plurimos in ei⁹ corpore cõfigi precepit/deinde in Sartaginẽ vna cum eulaſio
confrigere precepit. Ubi in tormẽtis conſtituta/cum propheta pſalẽs/dicebat.
Tãqꝫ prodigium facti ſumus multis/⁊ tu domine adiutor fortis. Maledicũt
nobis domine/⁊ tu benedices. Qui inſurgunt in nos cõfundantur/ſerui aũt tui
dñe deus noſter letabuntur in te:his expletis ſtatim Sartago refrixit. Tũ ẽt
iſte ꝑfectus fidẽ chriſti cõplexus/eueſtigio vox de celo venit/dicẽs. Uenite iaꝫ
benedicti ꝑcipite regnũ/qꝛ celeſtis pr̃ vos in exultatiõe expectat/redditurus la
borum veſtroꝝ premia. Hec audiẽtes letis vultibus/vniuerſis circa eos fideli
bus plorãtibus/ſoli ipſi ridẽtes ac ſi nõ emorerentur/ſed migrarent/⁊ mutare
aı̃cos/non relinquere/ſpirit⁹ dño reddidere ſuos. Tunc Maximianus Augu-
ſtus audiẽs que de Eulaſio ⁊ prefecto ꝯtigiſſẽt/ſuos deos blaſfemauit/ cogno
ſcenſqꝫ nihil iaꝫ valere/deinceps a xp̃ianorum perſecutione deſiſtere ꝓpoſuit.
Populi aũt circunſtãtes omnes pariter exclamauerunt. Magn⁹ eſt deus chri
ſtianorum qui magna in omnib⁹ operatur. Atqꝫ ita vnuſquiſqꝫ cũ gaudio ad
ſua remeauit/glorificãtes ⁊ benedicẽtes pr̃em ⁊ filiuꝫ/⁊ ſpũm ſctũꝫ. Cui eſt ho
nor ⁊ gloria in ſecula. amẽ. Paſſi aũt ſunt Fauſta ⁊ Eulaſi⁹ duodecimo chalẽ
das octobres. quo qdeꝫ die ei⁹ vꝫ. Fauſte ſancte virginis annua ſolẽnitas ce-
lebratur/ei⁹ autem ſanctiſſime reliq̃/ Luce recũdite/cuꝫ honore habent/in tem
plo diui Fridiani. Innumerabilia de vita iſti⁹ ſancte virginis Fauſte fortitudi
ne. vꝫ prudẽtia/pietateqꝫ dici potuiſſent/que breuitati ſtudẽtes omiſim⁹.

¶ De ſancta Margarita virgine ⁊ martyre. capitulum. cv.



Margaritaꝫ aũt beatiſſimã
virgineꝫ/apud Antiochiã
glorioſũ pro chriſto mar
tyrium pertulliſſe prodi-
tum eſt/ verum quibus temporibus/
aut quo die/vel quo apud Romanos
imperãte principe apud diuerſos ſcri
ptores ambigitur. Que quidem varie
tates argumẽto nõ carent: Sed omiſ
ſis ſcriptoruꝫ diſcordãtijs/qd plurimi
opynantur/mẽs eſt/eam ſilicet imperã
tib⁹ Diocletiano ⁊ maximiano potius

paſſam fuiſſe.Eaʒ qppe Theodoſij cuiuſdā gentiliū maximi patriarche filiaʒ
fuiſſe tradūt.Que nō ſolū mirabili corpīſ formoſitate/ꝛ egregia eruditiōe/ac co
pioſa vite ſctīmonia/ſʒ ꝛ potētia aduerſus demones claruiſſe ac valuiſſe ꝑdi-
tuʒ eſt.Eidē nēpe ꝯueniēter ad naturā rey Margarite nomē inditū fuit: qꝛ id
nomē ipſa ſua nā ꝛ vita fuit.Na ꝛ nomē ipʒ margarita ꝑtioſū lapidē ſignifica
re pōt/q mltas in ſe ꝯtinet ꝟtuoſas ꝓꝑetates.Affuit qppe a puero(vt ita loqr)
in hui⁹ virgis aīo/diuīa q̄dam vis atqꝫ grā/q̄ ſupra corpuſculi ſui ſenſ⁹/p mlta
ex ſe ſe/ꝛ itelligēt ꝛ vidēt:q̄ alij forte maiores/nec cogitare qdē potuiſſēt.Cūqꝫ
ſupra etatē/ꝛ callē/ꝛ ſape cepiſſʒ/deū oīpotētē religioſiſſime adorare ꝛ venerari
cepit/rebuſqꝫ diuis/ꝓut cognoſcē poterat/nihil ducē ſancti⁹/pauperes ił cetera
incredibili pietate pp deū ꝯfouē/ꝛ ꝓſeq nō deſiſtebat.Cūqꝫ qntū ſupra dcimū
etat attigiſſʒ annū/audiēſ icredibilia martyꝝ certamia/q:vʒ mult⁹ iuſtoꝝ effū
derēt ſāguis/ſpū ſctō repleta/totā ſe dn̄o comēdauit/ac dicauit iprimiſ.Jnde
ex ſe ſe regulā bn̄ beateqꝫ viuēdi ſibi ꝯſtituēs/tota ī deū ꝯuerſa/miſicordiā/mo
deſtiam/ꝛ humilitatem/cuʒ omnimoda caſtitate amplectere voluit.Atqꝫ in oī
actu ꝛ verbo ſuo mentē qetaʒ atqꝫ placidam ſibi ſeruari cōſtituit: ſemper ſuis
cogitationibus dei preſentia occurrebat.Erat vtiqꝫ in ꝯctis eidē hūilis aīus/ac
mitis/ſolūmodo aduerſus vitia erect⁹.Pro modulo qppe ingenij ſui/animam
ſuaʒ tāqꝫ dei tēpluʒ virtutib⁹ ꝑparare conabaꝰ:Affirmabat.n.ſanctoꝝ corda
dei tēpla eē/ſicut apoſtol⁹ ait.Tēplum dei ſctūʒ eſt:qđ eſtis vos.Cūqꝫ noſcet
dn̄ʒ p ꝓphetā dixiſſe.Sup quē aliū reqeſcā/niſi ſup hūilem ꝛ qetuʒ/ꝛ tremētē
man⁹ meas:Nihil ipſa hūilitate hēbat ꝑſtanti⁹ nihilqꝫ amabili⁹:ſperās ob eā
deʒ ſolā virtuteʒ ꝛ hoībus ꝛ deo effici poſſe gratiſſimā.Seq̄batur tūc armēta
nutricis ſue ꝟgo Margarita laſciuiēs haud ꝓcul ab Antiochia: quaʒ quū O
libri⁹ ꝑfect⁹ ex Aſia veniēs vidiſſʒ iſignē formoſitate laſciuiētē/miſit eueſtigio
tanqꝫ potēs hō/q eā ad ſe deducerēt/vt vel in cōiugē/vł in ꝯcubinā ſibi aſſume
ret. At illa ſubito xp̄m iuocare cepit/dicēs. Ne pdas cū īpijs de⁹ aīam meā/ꝛ
cū viris ſanguinū vitā meā.Ut nō polluat fides mea/nec inqnet corp⁹ meuʒ:
Mitte mihi obſecro de⁹ me⁹ Angelū gubernatorē/q meos adapiat ſenſus/vt cū
fidutia atqꝫ ſapīa reſpōdere poſſiʒ iniquo ꝑfecto.Raptaqꝫ puella/ꝯfeſtim ꝑfe
cto adducta ē.Dixerūt aūt/digniſſime ꝑſes puella hec/xp̄m iuocat/quem iudei
cruci affixerūt.At ꝑſes iuſſit illā ſuis tribunalib⁹ ſiſti.Ubi iterrogata de noīe/
de genere/deqꝫ cultura deoꝝ:Rn̄dit.Nomen mihi magnifice ꝑſes Margarita
eſt.Jngenua eqdē ꝛ ex ſpectabili genere.Jeſuʒ xp̄ʒ ꝟo oīpotentē deuʒ iuoco ꝛ
adoro/q meā virginitatē in hūc vſqꝫ diē illibatā iuiolatāqꝫ ꝯſeruauit.Jrat⁹ pre
ſes/mox eā in carcerē recludi ꝑcepit.Quā poſtea/cū nec vllis pollicitationib⁹/
blāditijſqꝫ/aut minis/nec adduci/nec ſeduci/aut illudi poſſʒ/vt deos adoraret/
in aere ſuſpēſaʒ/diu cedi fecit.Jllaqꝫ celū ſuſpiciens/dicebat.Jnte dn̄e ſperaui
nō ꝯfundar i eternū/neqꝫ irrideāt me inimici mei.Reſpice obſecro me ancillā
tuā/ꝛ miſerere mei/libera me ď manib⁹ īpioꝝ/ne forte ꝑcuſſa formidet cor meū
Nota. ſed mitte rorē tue grē/vt ſanent plage mee/ꝛ dolor me⁹ ꝯqeſcat.Hec ipſa orāte
tā diu q̄ſtionarij eā cederūt/donec terra ſanguīe ei⁹ rubricata ꝑfunderet.Tūc
illa inqt.Meli⁹ eſt mihi/ſupne diſcipline iuditio humiliari: qꝫ cuʒ ifidelitate/ꝛ
ei⁹ ſectatorib⁹ dānari dicēte apoſtolo noſtro.Quuʒ iudicamur/a domino corri
pimur:ne cum hoc mūdo damnemur. Fortitudinis enim chriſtianorum/eſt/

quaſi per ignes ꝛ flamas vaſoꝛuꝫ moꝛe purgari. Tunc pꝛefectuſ quid eſt inqt Margarita ꝙ obaudias nos/ꝛ tui nō miſerearis: Conſenti mihi ꝛ deos adoꝛa ne male cū ceteris pereas: Cui virgo. O inique pudēſcꝫ cāis. Si ego cāni mee fragili comiſerer/aiaꝫ meā i iteritū deducerē/ſicut tua: ſꝫ malo ipaꝫ toꝛmēt̄ execrabilibꝰ exponi/vt poſtmodū aia coꝛonet̄ i celis. Jlle qdeꝫ icolumis ē/quem deꝰ quolibet ꝟbere coꝛrigit: q ſe nr̄i amatoꝛē caſtigādo oñdit. Jp̄e aūt nob dixit. Quoſ diligo/vtiqꝫ/arguo ꝛ caſtigo. Jratꝰ ob hoc Olibꝛiꝰ iuſſit eā i carcerē teterrimū trudi. Ubi cū oꝛonē fudiſſꝫ: ꝓfeſti e carceriſ āgl'o/draco hoꝛribil' exiuit q eā deglutiuit. Ueꝝ crux quā ſibi ipſſerat Mārgarita/adō i dracōis ipiꝰ oꝛe excreuit/vt ipꝫ illico i duas pſcinderet ptes. Quāobrē btā ꝟgo/ex eiꝰ vtero exiuit illeſa. Atqꝫ i ipō hoꝛe momēto i ſiniſtrā ptez ꝓſpiciēs/vidit ſathanā hoīs nigri foꝛmā habētē/ꝛ ſtātē. Quē ꝟgo cū appꝛhēdiſſꝫ/i terrā illiſit/dicēs. Jā tādeꝫ inimice/feraqꝫ peſſima/ac gehēne auctoꝛ/cōqeſce. Poſtero ꝟo die p̄ſes ad eaꝫ dixit. Deos meos adoꝛa. cui illa. Te potiꝰ decet magnifice p̄fecte/deū meū adorare/qm̄ pfectiſſimꝰ btiſſimuſqꝫ ē/ſibi qdē ac ceteris oibꝰ ſufficiēs. Oiuꝫ eiꝫ reruꝫ ip̄e p̄ncipiū/ip̄e mediū/ip̄eqꝫ ꝛ optimꝰ finis. Operibus autem notiſſimus atqꝫ manifeſtiſſimus. Subſtantia deinde penitus inuiſibiliſ: cui ſimile/nec videre/nec excogitare qcq̄ꝫ poſſumꝰ. Quare/nec matēia vlla/ad imaginē eiꝰ ſuſcipi/nec arſ imitari eū fingēdo p̄t. Opa qppe ipiꝰ di nr̄i/oculis nr̄is cernimuſ. vꝫ celū/terrā/ſolē lunā luceꝫ/fluuios/mare/aialia/plātaſqꝫ/ q̄ ip̄e ſolus fec̄: nō manibꝰ qdē/neqꝫ laboꝛe/nec alicꝰ auxiꝰ: ſꝫ quū voluit/oia bene fieri/ ilico bn̄facta ſūt. Hic dn̄e p̄ſeſ tibi oibuſqꝫ hoibꝰ/ſeq̄ndꝰ ē/ꝛ vtiqꝫ colēdus/colit̄ āt/tātū mō ꝟtutū opatiōe. Nos āt ob hoc/ſepiꝰ aduerſā foꝛtunā/ ml'to magiſ q̄ꝫ cetere natiōes ſuſtinuimꝰ/nec ēt i ſūmis picul' hāc legē/ hūcqꝫ colēdi ꝟi dei rituꝫ deſerē volumꝰ. Tui aūt demōes/quos deoꝝ loco me venerari ꝛ colere iubes. Jllos vtiqꝫ aptiſſime malos/hoſtes demōſtrare poſſumꝰ. Quia omne qd̄ bonū ē/ nō prodeſſe/ nō poteſt: ꝛ ecōtra/quod maluꝫ eſt. Saturnus autem ꝛ Jupiter/Minerua/ꝛ Juno ꝛ ceteri ſimiles dij tui/cede(ꝛ ſanguine hominuꝫ ſūmopere gaudent: ꝛ quomodo boni iſti dij igitur erunt/ymo ſceleſti atqꝫ pernitioſi ſpiritus: quos me adoꝛare compellis. Animaduerte obſecro digniſſime pꝛeſes. qd de vero deo noſtro quem nos colere dicimus/ etiam tuus antiquiſſimus Orpheus vates cecinerit: ipſum vꝫ concta creaſſe aſſerens/his verbis. Nota.

Jngreſſus hoc iter: ſolum illum ſuſcipe mundi:
Qui nullum malumqꝫ/moꝛtalibus inuehit vnq̄ꝫ:
Jngentem auctoꝛem: ſolum interituqꝫ carentem:
Quem pꝛeter non eſt alius: tu cuncta videto
Quem nos pꝛeſenti/qui ſit ſermone docemus:
Hic ipſum in terris melius quo cernere poſſis:
Unus perfectus deus eſt qui cuncta creauit.
Hic etenim video ipſius veſtigia: foꝛtem
Cuncta fouens: atqꝫ ipſe ferens ſuper omnia ſe ſe:
Hicqꝫ manum video: verum ipſuꝫ cernere quis ſit:
Qui capitur mente tantum: qui mente videtur:
Nequaq̄ꝫ valeo: nam nubibus inſidet altis:

Ipſe eſt principium: medium quoqꝫ: ⁊ exitus idem:
Priſcorum nos hec docuerunt omnia voces:

Sed non his ſolum: ſed omnibus phis, qui hoc nomine digni uiſi fuere, ita ſic ⁊ nos pia de deo ſeẽtẽtia videtur habẽda. Sola itaqꝫ lex noſtra diligẽtiſſime ſanxit: que ad pietatem veram, nos adducit: ⁊ vere virtutis curam nos habere compellit. His autem ratiõibus ñ modo ñ cõpunctus: ſed maiorem ĩ moduꝫ ĩduratus prefectus, illam ĩmolare compellit, que cum abnueret, appẽdi iubet: ⁊ flagris toto corpore laniari, videlicet vt doloris accerbitate, faceret ꝙ precipiebatur iuita. At illa cum maneret ĩmobilis, viſceribus iam pelle nudatis, iubetur aceto ⁊ ſale perfundi. Cumqꝫ etiam hoc tormenti genus Margarita uirgo conſtãter ⁊ fortiter tolleraſſet, uas aqua plenum prunis ſubſtratum iubetur poni in medio, meoqꝫ uirgo manibus pedibuſqꝫ uinctis imponi iuſſa eſt: Sed ab ipſa oratione effuſa, illico terremotus factus eſt magnus, ⁊ mox colũba e celo ueniẽs, corõam auream Margarite capiti impoſuit: ⁊ mox e celo uox ſubſecuta eſt, dicens. Ueni dilecta mea, ueni, in requiem tuam, ueniqꝫ ĩ regnuꝫ celorum, tibi a domino propter fidei conſtantiam preparatum. Beata es que uirginitatem amaſti, iuſticiam, pacientiam, conſeruaſti, quoniam ob hoc corona regni celeſtis tibi condõata ⁊ decreta eſt. In ipſa autem hora ad quinqꝫ hominum milia exceptis mulieribus ⁊ paruulis in domio crediſſe proditũ eſt. Propter ꝙ, Olibrius eaꝫ decolari precepit. Ad quam mox, maximus con curſus tam gentilium q̃ꝫ chriſtianorum factus Naꝫ infirmi, ceci, claudi, ſurdi, debileſqꝫ quotquot ſanctum corpus contingere poterant: ſani ſaluiqꝫ fiebant ab eorum langoribus ⁊ infirmitatibus. Hec quippe Margarita virgo, nõ ſolũ ſanctitatis ob hoc martyrium decus adepta eſt, quinymo pre ceteris virginibus ſanctis parturientium aduocata precipua tanq̃ꝫ mater eſt habita, eiqꝫ templa, ⁊ altaria, atqꝫ ſacella, ⁊ ſacra offitia inſtituto eccleſie publico ſunt conſtituta. Satuitqꝫ ſacra ſynodus eccleſiaſtica, vt ageretur dies martyrij eius in temporibus ſuis ab anno, in annum tertiodecimo chalendas auguſtas, cuꝫ leticia ⁊ exultatione a cunctis chriſti fidelibus.

❡ De ſancta Euphemia virgine ⁊ martyre. cap. cvi.



Euphemia virgo: temporibus Diocleciani principis apud Calcedonenſem vrbem tanq̃ꝫ preſentem vitã paruipendens, accerbiſſimum pro chriſto pertulit martyriuꝫ: ⁊ future glorie ingenti ſua virtute, cum magno ſui fulgore conqueſiuit beatitudinem. Utrũ autem hec fuerit aſyana vel romana nõ ſatis cõſtat. Credit tñ potius Romanã, eo ꝙ ſenatorẽ habuerit p̃reꝫ, ex Thodola vxore ſuſcepta. Ipſos q̃ppe xpiãos crediderĩ, dũ ĩtueã, ĩſignẽ pietatẽ eoꝝ ĩ exeqĩs fũeralibꝫ ĩpiꝰ euphemie poſt mãtyriũ. Nã ea dſũcta, ĩpĩ parẽtes furti nocte corpꝰ ſuſtulẽ, ⁊ mille paſſꝰ ab vrbe calcedõia aromatibꝰ dlibutũ

ſepulchro cōdidere. Hec eteīm preter nobilitatis ⁊ virginitatisīſignia ſuo euo cōſtantie īuicte meritis/ceteris fuit preponēda martyrib⁹. Cui⁹ fortitudo tāta fuit cūctis in admiratione/vt eam Adamantinam potiuſq̄ feminaȝ carnalem diceres. Ipſa igitur cū chriſtianiſſima haberetur/⁊ chriſti nomem infracto animo vbiq̄ ꝯfiteret/defferēte iniquiſſimo Apoliano/cuȝ alijs nouem ⁊ quadragita procōſuli priſco tradita eſt. Cui priſcus/ Hortor ac moneo/ te ipſaȝ honorare/ac tui generis dignitateȝ conſeruare/vt ⁊ tu hic deo marti/ſicut ⁊ inceteris templis ſupplicatiōes q̄ ad expiāda prodigia fiūt imolare velis. Que quideȝ verba/etſi virgo Euphemia nō ſine aliqua mētis conſternatōe audierit:atq̄ eo in loco conſiſteret/vbi etiam fortiſſimi viri tremere cōſueuerant/ ⁊ hinc inō diſſonis clamoribus īperite multitudis ageret. Minaretur ve ex aduerſo torua facie/in nihilo tuȝ eius mulieribus conſtātia fracta eſt: quinymo memor ſui ſaluatoris Jeſu chriſti/qui pro oībus nobis turpiſſimā crucis morteȝ pertulerat/cōſtantiſſimo pectore ⁊ acri vultu/nulla ex parte territa/ iniquā procōſulis ſuaſionē contemnens/ſignaculo ſancte crucis ſe muniuit/⁊ ipſum procōſulem (fedare ipſam conanteȝ)ignominioſe exprobrauit. Nec ad id agendū/q̄ iubebatur vllis imperijs aut minis potuit induci aut flecti. Que tā aīoſe procōſuli data repulſa/⁊ inſani hoīs iam iniqua ſuaſione fruſtrata/ iaȝ iā generoſi ac chriſtianiſſimi mulieris animi pſeuerantia/ a cūctis laudari cepta eſt. Jratus ob hoc vehemēter procōſul/vt eam ſuperare poſſet/nimia crudelitate ſeuiēs in ea/omnia ſupplitiorū genera expendi iuſſit. Et primo carceres, poſt verbera īnumerabilia/rotaꝝ argumēta/ignes/⁊ lapiduȝ pondera/beſtias/ ⁊ virgarum plagas/ſecures/ac igneas ſartagines:que oīa virgo nobiliſſima cum tāta vult⁹ hyllaritate/ac animi alacritate pertulit/ vt nec triſtis qdē pro his videri potuerit. Tunc in procōſulem verſa/dixit. Hoc ideo proconſul contra me ceteroſq̄ chriſtianos efficis quia vbi vera ſit vita/te ignorare oſtēdis. Falleris vtiq̄/ p̄conſul/fallit te quideȝ iſte comunis vr̄ error/decipiunt te demones iſti. Jſtiq̄ dij/tanq̄ īſenſiſſimi hoſtes vos omnes circūueniunt. Atq̄(vt ita dicam)vita origine deſerta/viuēdi quoq̄ perditis rationem: Sed illam nos dicimus veraȝ vitam/vitamq̄ īmaculatam/que/deuȝ omnipotētem cūctoruȝ creatorem vere cognoſcit:eiuſq̄ potētiam veretur. Jndeq̄ amare pietateȝ / mūdum in opifice admirari:⁊ interpellatoreſ cōtemnere omnino. Preterea omnem hominem p̄pter deum amare quaſi fratrem:nullum ledere/cūctis ſeruire/ſicut ipſe de⁹ vtiq̄ facit. Qui preter miniſterium qđ interius continetur. nobis quottidie ſeruire/nō deſiſtit videlicet producendo in mundo ſolem/emittēdo lucem/pluuias infundēdo/tempora variando/fruges vel gigendo/vel maturando. Nobis eō pol in totius creature facie/vel vbertate deſeruit/quoniā cūcta pro nobis creauit. Ex his quidem benefitijſ hominē īſtruit/nundum tegere/alere eſurientem/ ſitientem potare/infirmos viſitari/triſtibus condolere/ mortuos ſepelire/ nihil apud ſe habere quaſi ſuum:ſed omnia ſua cum omnibus exiſtimare comunia: tūc magis ſibi viuere/ cum viuere eſtimatur alijs: ſibiq̄ recondere/ cum alijs creditur erogare. Et hec proconſul circa exteriores homines leniamenta tantū contingere dicimus. At vita interioris hominis ī diuinarum rerum cognitiōe conſtare dicimus:non qua celum terre parte voluatur:ſed in bonis optiſq̄ cogitatiōib⁹. Cogitatiōes auteȝ hōe ſunt/cū mēs noſtra/ ſui recordat auctoriſ cū

eius opera/ipſum in eius operibus viſura miratur. Dicente apoſtolo nr̄o. Inuiſibilia eiꝫ eius/a creatura mūdi/per ea que facta ſunt itellecta cōſpiciūt: ⁊ ſēpiterna quoqꝫ eius virtus/⁊ diuinitas.i.cuꝫ imēſis viſibilis creature/ad vniuēſitateꝫ iuiſibilis creatoris extēdimur. Nos auteꝫ ſeparati/a mūdiali ſapiētia/q̄ vniuerſa fortuitis aſcribit/diuinis meditatiōibus ſublimati: ⁊ ab illis qui aut materiam ſemper fuiſſe dixerūt/deumqꝫ tātūꝫ artificē rerum voluerūt/ſeparati per ipſius adiutoriuꝫ/aut qui hec ipſa/pro dijs elemēta colluerūt: aut vos qui familias deorum per ſexus/per etates/per partes/ velut per plebeꝫ aliquā ſenſibus ſubiectam itroduxiſtis/diſcreti per ſpirituꝫ ſanctum/ ⁊ i altiora ſubducti vera vita viuētes/hoc eſt veraꝫ ſapiētiaꝫ ſapiētes/iſta tua ſtulticia caremꝰ. Recordamur eteiꝫ/ꝙ mūdus/a nihilo/ex deo factus eſt/ ⁊ ꝙ cūcta animalia ꝑ deū verbo opifice/vocata/venerūt/que/a natura(vt vos exiſtimatis)neqꝫ fuerūt:qm̄ ipſi ſoli fas ē/vocare que nō ſunt/tāqꝫ ea que ſunt. Et ne aliqua pars eius vacaret i nobis/ipſuꝫ hoīeꝫ ad imaginem ſuam/ de limo terre facere dignatus fuit. Que cogitacio vt tibi/o procōſul dixi: eſt anime vita/ que eſt prima viuēdi ratio/vt cui ſe debeat anima/nō ignoret ne aliuꝫ preter hunc/decepta veneretur ⁊ adoret. Eſt quippe/o proconſul iquit Euphemia virgo/anguſta(nō credētibuſ) hec diuina cogitatio/ſed vite/vtiqꝫ plena eſt/icendit equideꝫ hominēꝫ/ad omne probitatis ſtudiuꝫ/⁊ illi/ſui auctoris comēdat maieſtatem. Cumqꝫ virgo ſācta mirabiliter apud procōſulē priſcum ⁊ cēturiōes ipios de diuina religione ſapientiſſime diſerteqꝫ diſeruiſſet (erat enim hec virgo eruditione liberalium litterarum/⁊ oībuſ que ad aīmi virtutē pertinēt exercitijſ apprime erudita)mľti circūſtantiuꝫ contra eam garire ceperūt:atqꝫ dicere/vt monitis proconſulis adquieſceret/tot ⁊ tātis grauiſſimis viris ⁊ mulieribus exorantibꝰ aīaduertere dignaretur: At illa velut ſi ſaxo imobili vnda adlidereꝭ/ coruꝫ dicta reſpuebat/⁊ animū i celū tendebat. Tūc procōſul idignatꝰ/eaꝫ ꝑ capillos ſuſpēdi iuſſit:vbi cuꝫ diu imobilis ꝑmāſiſſet/negato oī corporali cibo/i carcere/ recludi ꝓcepit:vt ſeptimo deinde die/inter quatuor grādeſ lapides/ tāqꝫ oliua cōſtrigeretur/veꝝ etiam ab huiuſmodi fūeſtiſſimo ſupplitio diuinitꝰ ꝑ angelū liberata eſt. Cūqꝫ i ſingulis ſacrate ꝟginis delicatiſſimis mēbris ſpetialia geſtiret iſerre ſuplicia/illa magis ac magis cōſtās ⁊ fortis iueniebaꝭ i tollerādo/quaꝫ ipſe procōſul igenioſus ⁊ calidus i exquirēdo: Dicebaꝭ eteiꝫ i oībꝰ/ ꝑꝑ qd̄/cuꝫ pre anguſtia morereꝭ. Spatariꝰ quidē/vt dn̄o ſuo morē gerere videreꝭ/ac ipſiꝰ iniuriam vēdicaret/gladiuꝫ i eiꝰ latus ifigēs/ſanctā ꝟginē tādeꝫ xp̄i martyrē effecit. Atqꝫ hoc modo btā ꝟgo/i dei laude ⁊ timore perſeuerās/ſextodecio chalēdas octobres/icōtaminatuꝫ deo patri redidit ſpm̄: Sicqꝫ euphemia ꝟgo etiā poſt eiꝰ dormitiōeꝫ/⁊ ſanctitate ⁊ miraculis mľtis effulſit preclara: ꝓ quo ⁊ tēplis/⁊ aris/atqꝫ caſtellis ⁊ oppidis/i eiꝰ noīe cōſtructis/plurimuꝫ vbiqꝫ venit celebrāda. Diuus āt Ambroxius irrefragabilis eccleſie doctor/oēꝫ huiꝰ ſancte ꝟginis vitā ⁊ agones/ſua i p̄factiōe his ꝟbis p̄ſtrinxit dicēs: virgo alma triūphatrix Euphemia virginitatis retinēs mittā: paſſiōis/ meruit decorari corona. Cuius precibus/inimicus hoſtis euincitur: ⁊ priſcuſ aduerſarius ſuperaꝭ. A fornacis igne virgo ſepes eripitur: ⁊ duri lapides i puluerem conuertuntur. Fere manſueſcunt/⁊ colla ſubmittūt. Atqꝫ omnia penarum ſupplitia/eius oratiōe ſuperantur. Nouiſſime gladij mucrone cōfoſſa/ carnea reliquēs clauſtra

celeſti choro iũgitur leta. Hec ſacra virgo tibi domine eccleſiam tuaz comen-
det/hec iquam pro nobis peccatoribus iterpellet. Hec etiã vota noſtra/vt vir
go vernulla illibata/tibi preſentet per chriſtum dominuz noſtrum. Hec mira
bilis ille Ambroſius ſanctiſſimus i prefactiõe iſtius ſancte cõſcripſit. Huius
ſanctum corpus:nũc in Rubina hiſtrie ciuitate/i eccleſia ſuo nomini dicata re
uenter/cum magna veneratione itegẽrimum ſeruatur:⁊ magna populorum ac
peregrinãtium frequẽtia quottidie iuiſitur:Eo etenim miraculoſe ex calcedo-
nia deueniſſe tradunt.

¶ De ſancta Lucia virgine ⁊ martyre.cap .cvii.



LUcia nobiliſſima Sicula
ṽgo/eo ãno/⁊ die/quo Ma
ximianus iam nõ auguſtꝰ
ſed tyramnus factus/a cõ
ſtãtino iterfectus :hoc eſt ãno/a nata-
li chriſtião ſeptimo/ ſupra trecenteſſi-
mum/ipſa teſtãte/apud Siracuſam vr
bem ſuam/per diuerſa tormẽta/marty
rij coronam adepta eſt:que quidem/õ
pr̃ia ſua benemerẽtem/ſua laude/hoc i
loco haud de fraudãda eſt. Hec itaqꝫ
Lucia/ qũe imprimis lux excerſcẽs di
ci poteſt/ ex Syracuſana nobili ſiculo
rum vrbe/virgo fuit matremqꝫ Euticiam habuit/nec amplius ſue originis/ po
ſteritati relictum eſt.Eam tamen ex chriſtianis honeſtiſ atqꝫ clariſſimis ditiſ-
ſimiſqꝫ parentibus progẽitam fuiſſe cõſtat.Que adeo generoſe fuit mẽtiſ:vt e-
tate florẽs ⁊ forma/nõ cõtẽtam ſoluz ſeculares litteras optime noſſe/ quin am
pliori feruore/⁊ igenij ſuaſa viuacitate/cõſcenſo ſtudio vigili/felici auſu/ſe diui
nis ſcripturis ediſcẽdis imiſcuit/i quibus laborez quãplurimuz geſſit:⁊ i eaꝝ
eruditiõe/clara/nõ mediocriter effulſit.Que cuz per omnia prudẽtiſſima virgo
vita ⁊ moribus euaſiſſet ornata/etiaz erga idigẽtes/pijentiſſima charitate fere-
batur.Sane iaz deſpõſata/duz ad diue Agathe virginiſ ⁊ martyris ſepulchrũ
cuz frequẽti multitudie i Cathania vrbe pergeret/ſomno arepta/vidit ipſaz bea
tam Agathaz i medio angeloruz/gẽmis ornatam/⁊ Euticie matri ſalutez polli
centez:que ſãguinis fluxuz patiẽs/nulla poterat medicoꝝ arte curari. Quibus
quidẽ auditis/expergefacta/ſurrexit tremẽſ/⁊ matri ſue ait.Mater mea/ecce ſal
ua facta es/per ipſuz ergo te deprecor/qui te ſaluã fecit/ ne tu mihi aliquando
ſpõſuz noĩs/nec tu veliis de corporis mei poſteritate fructuz mortalitatis ig-
rere:Sed oĩa que tu mihi datura es eũti ad itegritatis mee corruptorẽ morta
lez hoĩez/da mihi eunti ad itegritatis mee factorez dñz ieſuz xp̃m . Cui mater
Euticia.O ia iqt que fuerũt patris tui defũcti/potiꝰ ãpliaui q̃ꝫ minui.Mea au
tez quãta ſũt tu noſti. Tege priꝰ oculos meos/⁊ quecũqꝫ tibi placuerit/de ip̃is
oĩbꝰ facultatibꝰ poſtea facito: Lucia dixit. Audi mater ꝯſiliuz meuz.Nũ ſatꝭ nota.
deocarũ ẽ q̃ illi hoc dat:quo ipſe perfui nõ poteſt: ſed ſi vis tibi gratũ eẽ dñ:
hoc illa da/quo tu poteris vti:Nã qȏ moriẽs das/ideo das:q: tecũ fere ñ p̃us
les.Viuẽs ergo/⁊ ſalutẽ tui corporis tenẽſ/da chriſto qȏ poſſides:legerat eiz.

Qui vult perfect⁹ eſſe: vēdat omnia que habet/ ⁊ det pauperibus/ ⁊ ſequaꝛ me.
nota Et iterū nō poteſtis/ deo ſeruire/ ⁊ mãone. Igiꝛ exceptiſ vite ſue neceſſarijs/ ni-
hil ãplius lucia cū matre Euticia ſibi reſeruauit. Unde hic feruoꝛ/ niſi ex amo
re dei? vnde legis chꝛiſti/ ideſſeſſa meditatio/ niſi ex deſiderio eius/ qui legeꝫ de
dit? Omnia itaqꝫ bona pene in chꝛiſti pauperibus a Lucia virgine diſtracta:
apud paſchaſium conſulareꝫ a ſponſo accuſatur Lucia: ꝙ ſilicet chꝛiſtianiſſi
ma eſſet: ⁊ preter anguſtoꝛum legem viueret. Quam ad ſe accerſitam paſchaſi
us interrogauit: dicens. Que nam hec ſuperſtitio eſſet? Reſpondit lucia. Ego
quidem digniſſime Conſul chꝛiſtiana ſuꝫ/ ⁊ a chꝛiſtianiſ doctoꝛibus/ triplici re
gula viuere didici vꝫ: pie/ ſancte/ iuſteqꝫ: vt pote amare Deum omnipotentem
feruentiſſimo cultu/ virtutiqꝫ inherere atqꝫ amare proximuꝫ/ feruentiſſima cha
ritate. Qd̄ autem/ chꝛiſtiani noſtri digniſſime paſchaſi ſūme deū diligant/ mul
tis argumentis animaduertere vtiqꝫ potes. Nam apud eos caſtitas perpetua
eſt/ iuſiurandi/ nulla apud eos mentio/ mēdatia/ odia/ aliaqꝫ vitia procul a no
bis ſunt. Et vt virtuti inherere videantur/ pecuniam ⁊ opes (vt me feciſſe didi-
ciſti) negligunt: gloꝛiam ſpernunt/ voluptates odiunt: conſtanteſ/ ſeueri/
magniqꝫ animi etiam in toꝛmentis pꝛo deo exiſtunt: ceteraqꝫ huiuſmodi inu
merabilia. Quanta autem ſit chꝛiſtianoꝛum charitas/ ex beniuolentia/ ſocie-
tate/ ⁊ equitate perpulchꝛe conicere potes. Huiuſmodi homies/ chꝛiſti religio
efficit: que quidem virtutis opere/ cunctis pꝛopoſuit: a qua libertas quidē oꝛi
tur ⁊ confirmatur. Cauſa vero ⁊ que libertatꝫ noſtre ſunt/ ⁊ nature coꝛpoꝛis ſūt/
⁊ que accidunt extrinſecuſ deuſ eſt: a quo vniuerſa que ſunt pꝛoducunꝛ. Tūc
paſchaſius inquit. Iſta vāa ⁊ ſuperſticioſa ſunt. Tātum modo deos imoꝛta-
les adoꝛa: ⁊ illis ſacrifica. Cui illa. Sacrifitium verum/ ⁊ imaculatuꝫ apud de
um ⁊ patrem: hoc eſt: viſitare pupillos/ ⁊ viduas/ i tribulatione eoꝛum/ ⁊ ima-
culatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Tu auteꝫ facito quicqd vis/ ego vero que
mihi ad ſalutem pꝛo futura ſint/ ea perficiam. Nam ſi etiaꝫ verbera ⁊ cedes mi
naberis: exclamare nō dubitabo/ enſem acue: ignem afferas/ coꝛpuſculum meū
totum concide/ totumqꝫ cremato: ſtelle potius in terram deſcendent/ ⁊ terra in
celum aſcendet/ quã falſuꝫ ame quicq̄ꝫ audias. Cūqꝫ multa vltro citroqꝫ dicta
fuiſſent: Juſſit paſchaſius lenones venire: qui virginem in libidinem pꝛouoca
rent. At vbi ceperunt ſanctam virginem ad lupanar pertrahere velle/ tanto eaꝫ
ſpiritus ſanctus pondere finxit: vt penitus haud moueri poſſet: etiam magicis
adhibitis artibus/ ⁊ multis bouum paribus. Tum paſchaſius. Que ratio hec
eſt inquit/ ꝙ puella delicata/ a mille viris tracta/ penitus non ſit mota? Cui illa.
Etiam ſi alia decem milia abſte adhibita fuerint: audient per me dicentem ſpi
ritum ſanctum: Cadent/ a latero tuo mille/ ⁊ deceꝫ milia/ a dextris tuis. Hoc au
dito/ magis magiſqꝫ inſanus iudex excruciari ſe cepit: ⁊ terribili voce/ latra-
tuqꝫ perſequebatur/ inſtabat/ vrgebat/ cogebat/ minabaturqꝫ eam cedere/ ⁊ inui
etam reclamantemqꝫ ad iudicium pertrahebat. Cui virgo. Quid cruciaris mi
ſerime paſchaſi? Quid palloꝛibus trepidas? quid per diuerſa diſcerperiſ? Tē
plum dei ſi me iam experimento compꝛobaſti: Crede. Si autem diffidis diſce
de. Uerus enim pꝛofecto ille pꝛofeticus ſermo inuenitur: qui ait. Omnes dij
gētiuꝫ demōia. Atqꝫ etiã illud apoſtolicū/ quo diciꝛ. Quia que gētes ſacrificãt
demōibus/ nō deo ſacrificãt. Et pꝛo certo ſcias domine iudex/ quia ſi quid bo-

ni in diis tuis eſſēt/benefactores ⁊ ſalutares hominibus eſſent:nec humāo ſāguine gauderēt:ſed reſpōſis/⁊ oībus modis/a cede humanū gen⁹ repellerēt. Precepit itaq̄ Paſchaſius copioſū ignem circa eam accendi/ ⁊ vt celeri⁹ deperiret/picem/reſinamq̄/⁊ tedas oleo illitas/lignis adiūgi. At illa imobilis pſiſtēs/rogaui iquit/dominū meum ieſum chriſtum/vt ignis iſte nō dominetur mei:vt credētib⁹/timorem aufferam paſſiōis/nō credentib⁹ vero/ iſultatiōis vocem. Tūc amici iudicis vidētes eum anguſtiātem / iuſſerūt imergi gladium i guture eius. Cōfeſtimq̄ percuſſa/q̄diu voluit orauit/ atq̄ quādiu voluit turbam eſt allocuta/dicēs. Anuntio vobis pacem dei eccleſie datam/ hodie Mari miano iterfecto. Et ſicut cathanēſium ciuitas ſororis mee Agathe iteruentionē habet/ita ⁊ vos ſi domini volūtatē ex toto corde feceritis/ſciatis ⁊ me huic noſtre comuni Siracuſane ciuitati/a domino datam. Duz hec igitur agerētur. Paſchaſius accepta capitali ſentētia/q̄ Siciliā expoliaſſet/punit⁹ eſt. Dei vero ſacra virgo Lucia/e loco i quo eſt percuſſa/nō eſt mota:ſed neq̄ animā efflauit/quo adu ſq̄ eidē per ſacerdotes omnia ſacra myſteria collata ſūt. Quo quidem i loco/⁊ baſilica mox extructa eſt/⁊ omnib⁹ ſepulchrum ei⁹ cōtingentibus/ſanitatum benificia largiuntur. Sunt qui dicāt/licet incerto auctore. Luciam hāc virginē tam egregie forme fuiſſe feminā/ que quum videret pleroſq̄ propter ipſius corporis pulchritudiē/ ⁊ quēdam maxime adoleſcētem/ei⁹ oculor̄ fulgorem nimiū ardere/iuxta illud Euāgelij documētū/ quo dicitur: Si ocul⁹ tuus ſcādalizat te erue eū proijce abſte: protin⁹/ ſude ambos ſibi oculos eruiſſe:⁊ illos per ancillulam ſuper iciſorium eidē trāſmiſiſſe/ volens ex illatis ſibimet aliquib⁹ vulneribus /⁊ erutione oculorum poti⁹ decorē corporis deturpare/ac deformitate/ſue caſtitatis fidem facere/q̄ aliene damnationis ⁊ ruine/etiam ſue pulchritudis incitamentum preſtare. Hinc eſt/ q̄ beata Lucia a pictoribus cōſueuit depingi/cum occulis ⁊ ſude i inciſſorio manibus delatis: Jtaq̄ hoc modo beata virgo Lucia mortalitatꝫ nexibus abſoluta/incelestib⁹ aſſumpta eſt/idibus decembres:vbi eos nūc videt/ qui ob legem ſeruatam/eo dei teſtimonio itelligunt ſe munitos/vt ob ea que geſſerūt iuira/neq̄ iuditium ſe opporteat/neq̄ iudicis euētū formidare. Jlloſq̄ nūc contemplatur qui ſcilicet requiem ſuā itelligunt. Eoq̄ lenit ſolatio/angelorūq̄ preſidijs ſtipata/ſuis i habitaculis mira cum trāquilitate gaudet ⁊ requieſcit. Huius nihilomin⁹ ſanctiſſimū corpus icorruptū integērimūq̄ venetijs i eccleſia ſuo nomini dicata/cuſtoditur /adeo:vt eius mamille videri ⁊ cognoſci diſtincte valeant.

¶ Lucia alia/matrona memorabilis Romana fuit:que quinq̄ ⁊ ſeptuaginta ānos agens a filio Euprepio apud Diocletianū auguſtū accuſata/ q̄ chriſtiana eſſet:que cum nollet dijs ſacrificare/iuſſu ipſius Diocleciani vna cū Seminiano)quem ipſa ad chriſtum cōuerterat)penis grauiſſimis afflicta /diuq̄ torta/tandem poſt laudabilem martyrij victoriam/ ſexto decimo calendas octobres gladio animaduerti iuſſa eſt. Quorum corpora/ quedam matrona Marima nomie/rapuit/⁊ decenter(vt decet martyres) ſepeliuit. Apud que/quū multa quottidie fierent miracula/plurimi eos in ſuos ſumpſere tutores/ eiſq̄ tēpla ⁊ altaria cōſtructa/ſuis nominibus cōſecrauere.

¶ De ſancta Dorothea virgine ⁊ martyre. cap.cviii.

De Sancta Dorotbea



DOrobtea glorioſa ꝟgo/ãno
a natali xp̃iano/decimo ſu-
pra trecẽteſſimũ/ apud Ce-
ſaream Capadotie vrbem/
ſub Maximino tyramno/Melciade põ
ti ice romão i beati petri ſede preſidẽ-
te/glorioſum per martyriũ/ promeruit
triumphuz. Hec qppe ex generoſo ro-
manoꝝ ſanguie procreata/Dorũ ſena-
torez habuit p̃rem/matrẽ vero Theaz
chriſtianiſſimi parẽtes ambo locuple-
tiſſimiqꝫ:ex quibꝰ duobꝰ quidez nomi
nibus/Dorothee eidez nomẽ idituz ẽ.
Hij quidem nobiliſſimi viri/ſeuiſſimas tyramnoꝝ declinãtes ꝑſecutiões: reli
ctis oibꝰ predijs/alijſqꝫ inumeris caſtellis/⁊ domibꝰ ſupbiſſimis/ i Capado-
tie regnum cũ plurimis peccunijs perexere. Porro ibidẽ exiſtẽtes: hanc mire
pulchritudis edidere filiam/ que iter cetera/i tam inuiſſe pulchritudis effulſit
clara/vt nõ ſolum illius regni/ceteras formoſitate virgines adoleſcẽtullas/an-
te ire crederet/ſed celeſtis arbitraret ymago/potius q̃ȝ mortalis/verum ⁊ eru-
ditiõe precipua/ac moribꝰ optimis/euaſit preclara. Tũc illis i regionibꝰ oriẽ-
talibꝰ Maximinus gerebat tyramnidẽ/Maxẽtiuſqꝫ maximiãi filiꝰ ⁊ ipſe Ro-
me eãdem ceperat. Hi qppe ſicut i tyramnida ſotij ita i ſceleribus videbãtur
alter alterũ imitari/ita vt neſcires cui potiſſimũ dare flagitioꝝ palmã deberes:
vnde ⁊ vehemẽtiores aduerſuz xp̃ianos ⁊ grauiores ceteris ꝑſecutiões excita
uere. Erat eim maximinus iter cetera totius equitatis publicus hoſtis/ ac pu
dicitie/boneſtatis ⁊ iuſtitie deſtructor/⁊ preceteriſ chriſtiãoꝝ perſecutor ⁊ bo
ſtis iſẽſiſſimus. Aduerſus quos/tãtũ crudelitatis exercuit/vt oẽs predeceſſo-
res ſuos iſcelere vicere feſtinaret. Verũtñ ſepius vicebat nõ ſoluz/a viris: ſed
etiam/a feminis:que ꝟbo dei/⁊ calore fidey ſuccẽſe/vt femie quidẽ cõprehẽde-
bant :ſed vt viri fortes i certamie coronabãtur:his aũt i turbinibuſ Dorothea
hec ꝟgo etſi vultu ⁊ alijs corporis mẽbris ad moduz pulchra haberet/religio
ne/tñ ⁊ animi ac honeſtate vite pulchrior eſſe ſtudebat: ⁊ ꝙ maiꝰ eſt/id quod
pulchruz ⁊ decorũ hõibus videbat/quodã ſue ſane mẽtis iuditio/ potius deo
cõſecrare/q̃ȝ vſui hũano dedicare/ideſt i ꝟginitate perpetua ꝑꝑ deum perſiſtẽ
cõſtituit. At maximinus qui diuina ⁊ humana/ſua libidie ⁊ crudelitate feda-
bat: cognito huius ſancte ꝟginis ſolius forme/nõ autem propoſite ꝟginitatiſ
bono/ad eam polluẽdã ⁊ temerãdaz/animũ adiecit. Cõperto ꝟo ꝙ chriſtiana
eſſet:que ſm ſua edicta/pene magis quã libidini ſubiciẽda videret/i ambiguo
poſitus eſtuare cepit: ⁊ i quã ſe partẽ ꝟteret ignorare:Sȝ vbi dubios animoſ/
libido que ei latiuſ dñabat obtinuit Et expectãtez ꝟginẽ pro martyrio ad ſup
plicium rapi/per ocultos nũtios/de ſtupro iterpellauit. Illaqꝫ nephas ſibi eſſe
reſpõdit:tẽplum corporis ſui/qđ ſemel deo optimo cõſecrauerat/ idoloꝝ ⁊ libi
dinis cõtagione fedare:proide ſe quidẽ potius ad mortẽ paratam eſſe/q̃ȝ pec-
care i ꝯſpectu dei ſui: A crudeli ꝟo tyrãno iquiẽs/nõ decere blãdum aliquid
aut molle proferri:nec eſſe dignum reſolui erga ſe truces aios/quos quottidie

vndatim chriſtianorum profuſus cruor duraret. Ad que reſponſa/cum ille libidie accēſus acrius icaleſceret. ⁊ niſi vbis acqeſceret/vi agē decerneret. Omnibus virgo prudētiſſima ac pudiciſſima(queadmodum antea parētes Rome fecerant)facultatibus ſuis/domo que ⁊ familia derelicta/noctu clam cū paucis fidiſſimis famulis/⁊ quum amiciſſima ſibi comite caſtate/diſceſſit:atqꝫ illuſuz tyramnum/vanum amentēqꝫ dereliquit. Alias etiaz virgines plurimas ſimul ⁊ matronas exemplo illius adortus/ſed exemplo nihilominus illius paratiores ad mortē quaz ad ſeruitutē nactus/crudelibus ſupplitijs affici iuſſit. Alij ab huiuſmodi hiſtoria diſſentire vidētur/⁊ eiuſ facinora aliter refferunt:q̄ paululuz ꝓtēſius nūc a nobis in mediū deducent. Certiſſimū eteni aſſerūt/poſtq̄ꝫ a Maximini tyramni ꝑdicti iniuria eā auffugiſſe/dyabolum caſtitatis inimicū non ſuſtinētem virginis perſeuerātiam/belluz denuo ꝯtra eaz excitaſſe/⁊ Fabritium ꝑfectum in ipſius amorē ſtimulaſſe/vt ipſam carnali cōcupiſcētia appetteret:qui abſqꝫ cōpoti determinatiōe pro dote/prodere ipſam legiptio thoro ꝑducēdam:Que vbi virgini ſancte nota facta/⁊ oblata fuiſſent/oia tāqꝫ lutea deſpiciēs/infracto aīo/ſe xp̄o deſpōſatam fatebatur. Qđ Fabricius audiēs furore ſuccēſus/illico eam in doliū feruētis oley plenū demergi precepit. Sed illa vncta nō aduſta/de vaſe cū gloria illeſa exiuit. Quo qdez miraculo/plurimi paganorum in chriſtum credidere. At Fabricius id magicis artib⁹ potiuſqꝫ diuina virtute factitatū fuiſſe credēs/in teterrimuz carcerez/vt ibi pedore/ ⁊ fame diu excruciaretur icludi iuſſit:inquo ꝑ multos mēſes angelica viſitatione inuiſibiliqꝫ cibo refecta fuit. Quaz ſibi pñtataz/quū prefect⁹ formoſiorē cōſperiſſꝫ. Niſi inquit deos in ꝑſenti adores. Eculei cruciatu excruciaberiſ. Reſpōdit dorothea. Ego Fabritij abſte nō debeo accuſari neqꝫ dānari/ſi gētiliū deos deſpitio/⁊ noſtrā chriſtianā ꝛligionē amplector/quū veſtrā ꝑclarā philoſophiā/nuſq̄ꝫ vllum ꝓduxiſſe fructū comptuz ſit. Nā ſi tua dignatio voluerit(amore atqꝫ odio depoſitis(exqſita ratiōe/veritatē inſpicere:mirabilē illā philoſophiā ſimulachris qꝫ māib⁹ hominū facta/i viri ſimilitudinē fuerāt:dei appellationē turpiter attribuiſſe cōperiet. Nec nos falſo accuſari aut reꝑhendi debem⁹/ꝙ falſā patriarchaꝝ ⁊ prophetaꝝ iudeoꝝ ſcripturā elegerim⁹. Quuz ipſi ab initio hūane vite verā pietatē/⁊ inuenerint/⁊ intemeratā ꝯſeruauerint. Cui nihil vnq̄ꝫ aut addiderūt/aut detraxerūt. Chriſtianaqꝫ veritas ⁊ religio a ſcriptura ꝓphetaꝝ ⁊ patriarchaꝝ ꝑfecta/ita ei ꝯgruit/ſi recte itelligiꝛ:vt nulla repugnātia excogitari poſſit. Talia igiꝛ noſtra ſunt vna ſnia/vna voce/a primis q ante Moyſez fuerunt patribus vſqꝫ ad xp̄m ſaluatorez ⁊ redēptorem oium/rutilarūt/a nouiſſimis diſcipulis(dico ipſi⁹ dñi noſtri ieſu xp̄i)qui verā pietatem/ideſt ipſius ſaluatoris noſtri doctrina/virtute ac gratia ipſius ꝯnexi in lucez ediderūt/predicantur ac confirmanꝛ:vniuerſumqꝫ orbē magis in dies florētē/fide ꝯſpicim⁹: Nec Auguſtoꝝ tuorum edicta/nec hoſtium iſidie nec inimicoruz gladij vnq̄ꝫ preualere poterūt. His dictis/in terrā poplitibus deuolutis Dorothea virgo/luminibuſqꝫ in celuz erectis:orauit ad dñm vt ſuā oſtendere dignareꝛ potentiam:ꝙ ipſe ſolus nec alius preter ipſum ſit. Erexerat nāqꝫ Fabritius preſes/ingentem columnā/in cuius cacumie/ſuuz collocauerat idoluz ſeu/ſimulachruz. Et ecce protinus multitudo angeloruz/veniēs ſuo ipetu/⁊ idolum ac columnā cominuit/adeo/vt nedum ei⁹ puluis veſtigium videreꝛ/eueſtigioqꝫ demonum

vox/per aera audita eſt dicẽs.Cur Dorothea virgo/tam infenſe nos peſequeriſ ⁊ excrucias? Tũc populuſ miraculi ſtupore attonitus/plurimi ipſi ad chriſtũ ꝯuerſi ſunt ac martyrij palmã acceperũt.Ipſa autem virgo Dorothea(probpudor)publice denudari iuſſa eſt/⁊ inuerecũde atqꝫ in honeſte huc atqꝫ illuc ab impijs trahi/inde Eculeo in gẽti eius corpus denudatuꝫ extẽdi/⁊ flagriſ laniari eſt iuſſa/vt doloris neceſſitate/faceret qđ precipiebat.At illa incredibili animi fortitudie/cum permaneret ĩmobilis/viſceribus iam puelle nudatis/aceto ⁊ ſale perfundi preceptum eſt:Cumqꝫ ⁊ hoc tormẽti genus cõſtanter ⁊ fortiter tolleraſſet.Jam victa ſeuicia/corpus qđ laniaret horrebat.ex templo ira exorituſ tyramnus Fabritius.tormẽta multiplicari iubet/⁊ ſceuis frendẽs dẽtibus facullas ardẽtes ad virgineas mamillas apponi precepit.Ac ſic ſemi mortuaꝫ in carcerem recludi mãdauit.At illa ſaluatoris mẽte genibus aduoluta/rogabat vt ſuum ſuſciperet deſyderium/ac ſuum per oĩa reciperet propoſituꝫ. Mane qꝫ facto coram iudice denuo preſentata/nil leſiõis in ea apparuit veſtigium: pro qua iudex ipſe mirum ĩmodum admirari nõ deſtit.Dixit quoqꝫ ei. Quouſqꝫ malefica nos protrahes? Aut ſacrifica vt viuas/aut capitali plecteris ſententia.Inſiſtẽtibuſqꝫ acrius demonũ miſtris/quo aliquid ab ea elicere poſſẽt confeſſionis illicite/ẽt alia noua pẽarum genera pertulit/que quidem lõge ſubſtãtiam condictiõis humane excedebãt.At illa virgo/ymo virago deo plena/in tãtum eius crudelitates deriſit/⁊ ferinaꝫ in queſtiõe ſeuitiam/vt aliquo modo flecti nõ potuerit.ymo ſemper uultu alacbri/dicebat.qcqd uis/parata ſuꝫ pro chriſto ſpõſo ⁊ dño meo equo perferre aĩo. Ipſe.n.ieſus chriſtus/ pro nobis ſpinis coronatus fuit: ⁊ noſtra delicta portauit.⁊ pro nobis doluit.ut de ſentibus/⁊ tribulatiõibus feminaꝝ/roſe ⁊ poma uirgitatis/⁊ lilia caſtitatis naſcerẽtur.que ego utiqꝫ colligere ſpero. Hoc audiẽs tyrãnus/magis magiſqꝫ ſe ipm diſcerpẽs/protinus mãdauit/ei tot uulnera ĩferri/quatenus oĩs eius extingueret ⁊ deturparet decor.At illa rebus ipſis/⁊ paciẽtie uirtute clamabat. Qr nõ ſunt cõdigne paſſiones huius temporis/ad futuram gloriam que reuelabit in nobis.In illa itaqꝫ tyramnus Fabritius tãta crudelitate uſuſ eſt.ut ſeuitie ei⁹ ſpecies ſingulas/nemo poſſꝫ refferre. Prompta igit ⁊ leta beata Dorothea/animam ſuã pro fidei amore ⁊ libertate uſqꝫ ad capitis ſui abſciſionem expoſuit. In cuius quidem cõfeſſione quuꝫ quidã ſcholaſticus Theophilus noĩe fuiſſet cõuerſus/a carnificibus ſtatiꝫ comprehẽdit/⁊ ad ſuppliciuꝫ perducit.Cũqꝫ ab eiſdem grauiſſime diu tortus fuiſſet:nec a fide nullatenus diuelli poſſꝫ:nouiſſime ⁊ ipſe eo die gladio ceſus ẽ.Quuꝫ aũt beata Dorothea ad locũ quo decollãda erat perueniſſꝫ dñm deum pro oĩbus/qui eius paſſiõis memoriã egerint exoraſſe comptum eſt.potiſſimumqꝫ pro mulieribus parturientibus/ vt ſi eius nomẽ in partus periculo inuocarẽt/illico celerem de puerperio ſentirẽt ꝑfectum.Oratiõeqꝫ completa/eueſtigio vox de celo facta eſt/dicẽs. Ueni dilecta mea/columba ⁊ ſpetioſa mea/veni coronaberis eteniꝫ.Ecce qr exaudita eſt oratio tua.Dorothea xͦ ad ſpiculatoris ictum dum caput ĩclinaret/ecce puer ſplẽdidus purpure⁹ ĩdutus veſtimẽtis ꝯfeſtim apparuit/vrbanis qdem ⁊ compo

Roſe. ſitis morib⁹/cũ caniſtro:inquo tres roſe/triaqꝫ mala perpulchra ꝯſiſtebãt/il

luďqꝫ Dorothee virgini obtulit.Cui Dorothea/obſecro te dñe mi ꝑ ieſuꝫ xp̃m

theophili cõuerſio. ſaluatorẽ meũ/vt hec Theophilo,ſcolaſtico/meo noĩe deferas.Illico ipſa eidẽ

Theophilo attulit dicẽs. Soror mea Dorothea virgo/de paradiſo hec tibi trāſmittit munera. Quibꝰ dictis eueſtigio puer diſparuit. Quas obres Theophilꝰ cū aliquādiu cogitabundꝰ ſiluiſſet. tandē nō ſine ꝯfuſione ſui ſpūs ac gemitu/in hec verba ꝓrupit. Quā miſerabilis eſt nr̄a deceptio/hūanorūqꝫ ꝯditio/atqꝫ ignorātia. Quā ſtulta eſt hominū vita/nihil deteriꝰ/nihil inconſtantiꝰ/oīs nr̄a ſpes vana eſt. Quid mihi ꝓponēduꝫ eſt qdue futurꝫ exiſtimare poſſū/quū oīa in tenebris ſint ꝯſtituta. Heu me miſerꝫ atqꝫ infelicē: qbus i tenebris nūc vſqꝫ me ꝯſtitutū video. His paucis ꝗſtꝰ/illico auxilio dei ſuffultꝰ/inſe rediēs totuꝫ cepit tacitꝰ ſecū cogitare/ac ſe paulatim ignorātie repꝛehēdere/vt eſſet iprudētia/vt neſciret piculū ſalutis ſue/vñ zelo diuino/ꝛ ſpūs feruore plenuſ/tā crudelia ancille xp̄i ſupplitia vidiſſet iferri/in dignitatē rei vltra non ferrēs. poſtulat ſe audiri ꝓ eadē virgine(licet iā defuncta)tꝙ alijs xp̄i fidelibsu/qbus nihil ipietatis comiſſuꝫ ꝓbari poterat locuturꝫ. Erat.n. eruditiſſimꝰ/ac inter ſuos nobiliſſimꝰ. Uerꝫ quū eius verba/obſtiatio iudicis nō recipet/inqſiuit/ſi iā xp̄ianꝰ effectꝰ fuiſſet: Atqꝫ xp̄ianuꝫ ſe eſſe clariſſima ꝛ libera voce teſtatus eſt. Tāqꝫ xp̄ianus inqt/eorꝫ penis aſſotiaberis. Et ſic poſt dira tormēta/ꝛ ipſe ꝓ xp̄o decolatus eſt/octauo idꝰ Februarias. quo qdeꝫ die eorꝫ annua ſolēnitas/cum gaudio celebraꝛ.

¶ De glorioſa nr̄a ꝟgine ſctā Catherina. capi.cviiij.



Chaterina virgo celeſtiſ/femina Alexādria: ſub Maxentio tyrāno Maximiani filio/circa annū dñi/dcimā ſupra trecēteſſimū. Melciade pōtifice Romano in cathedra Petri p̄ſidente/apud eandē ſui ortus ciuitatē/p innumera tormentorꝫ genera/glorioſū martyrij triumphū accepit. Hec igiꝛ Chaterina virgo/fuit ip̄rimis eximie virtuꝛ femia: ingenio qdeꝫ acri/ꝛ graui/ꝛ facili/ꝛ excelſo/diſcēdiqꝫ ſemp appetētiſſimo/adeo vt nedū mulierꝫ/ſed ꝛ doctorum virorꝫ ſui ſeculi fere diceret princeps/ꝛ abſqꝫ dubitatiōe ꝓdigiuꝫ grādeqꝫ miraculū in tota natura. Cui pene videbaꝛ infuſuꝫ qcqd naturaliter eſt capax humanū genus: Cuiꝰ qdem cor ad xp̄i dñi noſtri fidem/ ſupra quā credi pōt inclinatū ac captiuatū vſqꝫ ad mortē vtiqꝫ mirabiliter fuit. q̄ plane credulitas etſi iudeiſ ſcādalū/gentibꝰ ſtultitiā/eidē magnꝰ honos ꝛ glia fuit. Preterea fuit ante alia genere iſignis. Nā coſtum regē/q clarā a ptholomeis/Egyptiorꝫ habuerat originē/habuit patrē. Ipſuꝫ.n. haud dubitato/titulū illū regiū ab ipſis ptholomeis regibꝰ reor ſibi p ſucceſſioneꝫ obueniſſe. Nā vt aliquibꝰ placet/vt ab eiuſdē dominio/aliquod ſumamꝰ exordiuꝫ. Quuꝫ Auguſtꝰ Octauianꝰ. M. Antoniū emulū ſuum/Cleopatre marituꝫ extinxiſſet: Ipſa ꝯiunx(vt ſupra p̄miſimꝰ)marituꝫ nimiū dolēs/ſe ipſam/cū ipſo ſepelliuit: malēs/cū viro ſuo cōmori/qꝫ Auguſti triumphatoris icurrere manꝰ. Auguſtꝰ ꝟo/de ipſo Antonio celebrata victoria/romā repedare volēs/ifinitos ptholomeorꝫ regū theſauros/ſecum adduxit. ꝛ tātos quidē fuiſſe ꝯſtat/vt nec ante/nec poſt/romaꝫ adductos

Genus ſctē hic recitat.

noſcatur. Ueruꝫ tametſi regias opes abſtulerit ⁊ regnū ſine vllo rege ſtetiſſe/
videre viſuꝫ fuerit nihilominꝰ titulus antiquoꝝ ptholomeoꝝ regius/in hac ea
demqꝫ lagidaꝝ regia familia vſqꝫ ad huiꝰ coſti regis tpa remanſiſſe pro certo
reor. Atqꝫ in hūc modū/Coſtum ipſuꝫ diue Chaterine parentē. Regeꝫ appella
tum idubitato crediderim/prout ēt in pluribus cui noſtri regibꝰ exploratū ha
bemus. Qui reges talis regni nūcupātur ⁊ regnum illud/i poſſeſſione alteriuſ
erit. Ut in regno hieroſolimoꝝ exēplum habemus. Ad Chaterinaꝫ autem vir
ginē redeūdum eſt. Fuit itaqꝫ hec virgo preter ceteraſ Alexādrine vrbis mulie
res origine/potētia moribus. atqꝫ eruditiōe ſuo euo illuſtris femina: cuius ſi
parētum velimus auos proauoſqꝫ/infinē vſqꝫ exquirere nō ſubſiſtemꝰ/ anteqꝫ̄
per inumeros aſcēdentes reges in ptholomeū philadelphum optimum regeꝫ
venerimꝰ. Ex qua tā antiqua proſapia tot emanauere bona. Hec itaqꝫ Coſto re
ge patre(ea adhuc īfantula)in matura morte ſublato/quū vnica eſſet filia iure
factuꝫ eſt vt eidē moriēti ſupſtes diuitiaꝝ innumerabiliū efficeretᷓ hereſ: Cūqꝫ
ſupra etatē ⁊ caleret ⁊ ſaperet/deuꝫ oīpotētem religioſiſſime adorare ⁊ venera
ri cepit. Ex quo charitate/pietate nihil ſanctiꝰ ducebat: xp̄ianos icredibili amo
re proſequēſ. Eruditoꝝ viroꝝ ac grauiuꝫ/ſanctorūqꝫ precipue ſtudioſa/aq̄bus
aliq̄d ſemꝑ p̄clarum/aut audire aut adiſcere cupiebat: Et qm̄ in deo ſolo atqꝫ
eodeꝫ ieſu xp̄o oiuꝫ redēptore/oia in eſſe gloriabatᷓ. q̄ ſibi effingēda diſcēdaqꝫ
proponeret: adeo ipſum ſemꝑ per oēm pietatis cultū ſibi ꝓponebat/ tanqꝫ̄ aſſi
due nouū aliq̄d ab ipſo exquireret. Illuꝫ itaqꝫ(nō vt cleopatra totiꝰ orbis fabu
la)in oi vite inſtituto ſequebatᷓ. eideꝫ adherebat ſm ꝓphete exemplū q ait. Mi
hi adherere deo bonū eſt. illūqꝫ tāqꝫ̄ vera chriſticola ꝑ oia imitabatᷓ. Deſpicie
batqꝫ ſūmopere gētiliū ſectas/⁊ xp̄ianaꝫ religionē atqꝫ ſcripturas mirifice am
plectabatᷓ ⁊ iugiter iſudabat. Erat p̄terea ſupraqꝫ̄ credi pōt prudētiſſima/⁊ oi-
bus liberalibꝰ artibꝰ ibuta/oiumqꝫ pene linguaꝝ ſermonē illuſtrata. Maxen-
tius tunc tyrānus Maximiani filiꝰ/q a principio ꝓ aucupāda ſibi plebis gr̄a/
fidei xp̄iane veneratorē ſe eſſe ſimularat/vir vtiqꝫ ſceleratiſſimꝰ ⁊ magice artis
appetētiſſimꝰ/ex Roma in Alexādriaꝫ cuꝫ omni familia ⁊ vxore/viſcēdi colle/
ge ſui Maximini tyrāni cōceſſerat. Ubi quuꝫ applicuiſſet/⁊ magno cū honore
exceptus fuiſſet. Ex more ꝯſtituit ſolēne diis celebrare ſacrifitiuꝫ ad qō ēt co-
gebat oēs xp̄ianos q intra vrbē repti ſunt. Eratqꝫ tunc Chaterina virgo/ etatis
decem ⁊ octo annoꝝ: Qō vbi eidē renuntiatū fuiſſet/Maxētiuꝫ vꝫ in tēplo vna
cuꝫ inumerabili mltitudie diis imolaturꝫ adeſſe. zelo dei ſuccēſa. Crucis ſigna
culo ſe premuniēs/cuꝫ honeſta ſuoꝝ comitiua/eo ꝓgredi voluit. atqꝫ ibidē mlᷓ
tos ex his q xp̄ianā ꝓfitebantᷓ doctrinam collachrymātes offendit. Sicqꝫ his
verbis ipatorē allocuta eſt. Cur tā copioſaꝫ multitudineꝫ o Ceſar inq̄t in tanta
ſtultitia ⁊ vano idoloꝝ errore ꝑdis? Reſipiſce iaꝫ tādē a ſtultitia/⁊ dn̄ꝫ cogno
ſce qui mundū hunc/⁊ ea q̄ in illo ſunt/verbo dūtaxat/creauit ſuo. Ipſe eſt qui
humanuꝫ genꝰ ſuo ſanguie a morte redemit eterna: huic honor ꝑpetuus/ huic
gl̄ia debetᷓ in ſecula ſeculoꝝ. Neqꝫ. n. tibi prudēti ac magno viro hmōi imola-
tiones faciēde ſunt/nec placādi ſunt ſpūs ſanguine/ſed ai virtute repellendos
ꝯſulo. Mundū. n. aium/non hmōi ſacrifitia/deꝰ verus expoſtulat. Si enim di-
gniſſime princeps/hec aiantia diis offeras. abſte poſtulo/cuius reꝝ gratia hec
facias? Si honoris id facere dixeris. Quis nā honor/hic eē pōt? qui ab iniuria/

Uerba q̄ ad regē ſcā ꝓtulit hic recitat.

originez trahit.an poti⁹ dedecoris ꝛ vituperatiõis.Nõ poſſuz certe/nõ negare abſte iniuſte agere/quuz aĩalia nihil iniuriãtia iterficias:Sed neqꝫ hac via dijs gr̃e refferende ſunt.Qui.n.benefitij gr̃am retribuit/nõ malefitio id pagit.Non eniz magis retribuere videris/q̃ʒ ſi rem a vicinis raptaz/eiſdez in gratiam ꝛ honorez retribuere veles/ſed neqꝫ gr̃am impetrãdi cuiuſdaz boni.Naz qui alterꝫ ledẽdo/honorare deũ putat/his iiuſtum ſe futuruz oſtẽdit.Quare tibi/nec ſpe futuri benefitij/aĩalia ſunt imolãda/pſertim quum nõ ſit poſſibile ita hec agere vt deum lateat. Nã ipſa/quum philoſophoruz poetarũqꝫ ſciam didicerim/nouiſſemqꝫ hec oĩa/vana eſſe/dñm ieſuz xp̃m ſecuta ſuz.Scriptuz.n.didiceraz eſſe.Perdã ſapiam ſapiẽtum/ꝛ prudẽtiaz prudẽtiuz reprobabo. Tu aũt errore peſſimo deceptus/ad eternã penaz deduceris/ꝯfidens in idolis vanis/q̃ nõ habere intellectũ noſcunt.Diuina.n.natura ipaſſibilis oĩno eſt. Tui aũt dij: quõ dij eſſe poſſunt.q veſtitu lineis figuris/herbaꝝ coronis/ꝛ verbis qbuſdaz ineptis ac barbaris.atqꝫ ẽt vinculis/ab hoĩbus vinciũtur. His ſtupefactus imperator/ꝛ qd virgini reſpõderet/penitus ignoraret. Miſit qui ſapiẽtes ex diuerſis orbis regiõibus ꝯgregarẽt/policẽs varia multipliciaqꝫ dona ſe p̃bituꝝ qui eam diſputãdo ſuperaſſet:Ipſaqꝫ interim cuz cuſtodia i palatio eſt cuſtodita. Venerũt itaqꝫ quinquagita viri/qui ſe in oĩ doctrĩe genere/ceteris preſtare faterẽtur.Juſſitqꝫ Ceſar Chaterinam virginez añ ſuum tribunal aſſiſtere/vt cuz illis diſereret.Que vbi ab angelo pri⁹ ſalutata ꝛ premonita fuiſſet ẽt iperterita cõtra eos perſtitit.Verum cum oratores deum fieri hoĩem aut pati ipoſſibile dicerẽt:virgo hoc ẽt a platõe predictuz fuiſſe probauit.Ipſe quidez plato deũ circũrotõdum ꝛ decurtatuz eẽ dixit.Atqꝫ vates Sybilla ait.Felix ille deus ligno qui pẽdet ab alto:Inde chriſtianoruz ſectam turpiter improbare ceperũt. Plato Sibylla.
Hec.n.iquiũt vos chriſtiani gẽtiliuz cõprobatis religionẽ/nec iudeoꝝ voſ moribus viuere videm⁹/qd igit hoc mõſtri eſt:aut quenaz hec eſt noua viuẽdi ratio?Preterea quõ impij nõ eſtis/ac deorum oĩum inimici/qui patrios mores: patria iura:patrias cerimonias quib⁹ gẽtes oẽs/ac ciuitates ꝯtinent/cõtempſiſtis atqꝫ abieciſtis:quiqꝫ ſaluatores ꝛ benefactores deos ſpreuiſtis. Et quos deos?eos vz/qui ab initio ſeculorum ad vniuerſos homines/taz grecos q̃ʒ barbaros/per regiões.ciuitates agros/hoſtijs:diebus feſtis:ludis/ac cerimonijs/ab oĩbus regibus/tyrãnis/populis:philoſophis/legũlatorib⁹ honorãtur atqꝫ collunt.At vos quedaz ſcelerata ac impia excolit/ꝛ adoratis chriſtum quẽdã ſuis demeritis cruci affixũ.Qua igit venia o Ceſar hij digni aut potius quem cruciatuz:quodqꝫ ſupplitiuz nõ merent/qui patriã neglexerũt/ꝛ aliena figmẽta/ſpurcis fediſqꝫ iudeoruz fabulis nixa elegerũt.Aut quõ nõ extrema prauitate iſti chriſticole ſunt.qui tam facile/propria relinquũt.ac fatuã/ꝛ oĩs ratiõis inopem/fidem vniuerſis gẽtibus inimicam ac impiã eligũt.Nec ipſum iudeorum deum ſm eorum cerimonias/nec noſtram religionem colẽtes inauditum ac inuium iter ſibi ipſis turpiter cõfecerũt.Itaqꝫ digniſſime Ceſar nõ recte eos facere dicimus qui hec obaudiũt.Quibus Catheria virgo inquit. Nõ iniuria ergo mihi/omnibuſqꝫ nobis chriſticolis preceptum eſt/promptos eſſe ad reſpondẽdum/cuiqꝫ rationem a nobis de fide ꝛ ſpe noſtra querenti. Certum eſt igitur ſaluatorem noſtrum predixiſſe doctrinã ſuam/in teſtimonium omniuz gentium per vniuerſum terrarum orbem predicatum iri: ꝛ eccleſiam ſuã/ que

Sapientum verba.

Reſponſio ſctẽ Catherine pulchra

poſtea virtute ſua cōſtituta eſt inuictã atqꝫ inexpugnabilem fore: nec vnqꝫ futuruꝫ/ vt a morte ſuperaret. ſed firmã fore ſemp atqꝫ inmobilem/ tãqꝫ in lapide fundatam/ cuius diuinationis effectus/ omnē impudētiſſimaꝫ linguaꝫ vana cōtradicētem/ profecto arcere poteſt. Sed ad hec oia nō ſunt cōtemnēda/ ad catholicam veritatem/ comprobādam hebreoꝝ ſcripture teſtimonia/ quib⁹ eoruꝫ prophete. Indoctorū hoīum piſcationem vniuerſe vite hominuꝫ affuturā predicātes: appellationem xp̄i/ noīe ipſo expreſſerūt. ⁊ aduētum eius in carne/ modum etiam ipſum/ quo doctrina eius ad omnes gētes perueniret/ predixerūt: nec tacuerūt futuram ſuorum iudeorum īfidelitateꝫ: ⁊ quicquid aduerſus ipꝫ facturi eſſent per ſaluatorē noſtrum. Catherina virgo inquit/ factū eſt/ vt iã iaꝫ ex omni hoīum genere/ pene īnumerabiles/ ſpretis idolis veſtris/ vnius ac veri dei cognitionē/ religionēqꝫ ſuſceperint. qđ ita futurum/ dei oracula/ ⁊ per Hieremiam maxime prophetam/ vbi dicit. Domie deus meus/ ad te gētes venient ab extremis terre/ ac dicēt. quaꝫ falſa noſtri patres idola poſſederūt. ⁊ nō erat in ipſis vtilitas: ſi faciet homo ſibi ipſi dos: nec erūt iſti dei. Hec igit dñi mei. inquit virgo vniuerſa fidei noſtre veritatem aſtruūt: nec humana virtute/ ſed a deo predicta/ ⁊ prophetaꝝ oraculis ſcripta oſtēdūt. ⁊ ad hec a multis varijſqꝫ veſtrarum gētium principibus liberos quādoqꝫ futuros homines vaticinãt. Nos aūt chriſtiani ideo ampli⁹ deridem⁹ veſtros deos ⁊ miſeremur humanū genus/ qui demones/ lupos/ canes/ ⁊ leones/ ⁊ ſimilia/ venerat/ atqꝫ quandoqꝫ adortamini vos adorare ignem ⁊ aquaꝫ/ ⁊ partes mūdi/ nos iſta nō colim⁹ ſꝫ eum q per hec inuiſibiliter cognoſcit creātem intellectum: ſoluꝫ admirari/ ſolumqꝫ adorare didicim⁹: qui per oīa penetrās/ quum ſit īcorporalis ſolo intellectu percipit/ ymo ꝓ ineffabilis/ ⁊ in comprehēſibilis eſt: pandit aūt per ea que facit/ que ꝑducit/ gubernat ꝯſeruat/ oibus inuiſibiliter aſſiſtēs. nō celeſtibus ſolum/ veruꝫ ēt terreſtribus magnificētiaꝫ operum ſuoruꝫ per hec oſtendēs/ que vos deos putatis. Cuꝫ igit virgo oratores aptiſſimis ratiōibus cōfutaſſet. Illi obſtupefacti/ ⁊ quid reſpōderent/ penitus ignorarēt. Tūc vn⁹ eorū qui ceteroꝝ magiſter dicebat/ Ceſari ait. ¶ Nouerit māſuetudo tua/ ꝙ quum nullus cōtra nos vnqꝫ ꝓſiſtere potuerit/ fatemur ⁊ cōteſtamur/ xp̄ꝫ et nūc quē Catherina predicat/ veꝝ eſſe deum. Dij autem quos nūc vſqꝫ decepti adorauimus/ nō deos/ ſed lapides/ demonaſqꝫ peſſimos eſſe proteſtamur. Accēſus ob hoc ira Maxētius/ eos oēs (chriſti ſignaculo munitos) exuri precepit. Sed cuꝫ illoruꝫ corpora illeſa inuēta fuiſſent. ita vt nec capillus quideꝫ exuſt⁹ videret/ multi chriſtianaꝫ fideꝫ ardēti deſiderio complexi ſūt. Cōuerſus deinde ad Catherinam Ceſar/ modo cōfitere deo ſoli inquit. ⁊ ſtatue plurime vbiqꝫ ad tuam ymaginem fiēt/ vt ab omnib⁹ tãqꝫ regina magna ſaluteris. Tua. n. facies ꝑ iucūda/ imperio certe digna eſt/ que ſolis iſtar refulget: Reſpōdit virgo. Quos o Ceſar me adorare iubes deos/ nō dij/ ſed demones peſſimi ſunt/ hoſteſqꝫ īfenſiſſimos exiſtimo: Qui mala nō faciēda eſſe ſuis cultorib⁹ non admonēt/ ymo inceſt⁹ ⁊ adulteria/ bellaqꝫ/ ac homicidia perpetrare iugiter ſuadent. Hec autē noſter ver⁹ de⁹ qui in celis regnat. quiqꝫ ſol⁹ profecto eſt deus verus: ipſa oia non faciēda admonuiſſe compertuꝫ eſt. Iſqꝫ/ per ſuos prophetas/ ac alioſ ſuoſ amicos/ vniuerſos premonuit hoīes/ idola nō eſſe colēda: ymo tãqꝫ perniciosos ſpūs/ fore oīno repellēda contemnēdaqꝫ: atqꝫ ipſoruꝫ templa/ ⁊ cerimoniaſ

Philoſophi ꝯuertuntur.

verba eiuſdē ſctē catherie

quibꝰ honorant/ſic eſſe delēda/vt nulla eoꝝ extet memoria:Qui adeo malitioſi
genꝰ humanuꝫ inuaſere/tāq̄ꝫ victoriam de omnibꝰ cōſecuti eſſent. At ſi tua di
gnatio dignabit colligere que ab hiſtoricis tuis/ſcripta de ipſis refferūtur:vni
uerſuꝫ ſuis ſceleſtibꝰ deceptionibꝰ orbeꝫ deceptuꝫ fuiſſe īuenies. Jnprimiſ qui
dem/ipſam tuā magnā Romaꝫ/gretiaꝫ/affricaꝫ/Scithyaꝫ/atq̄ꝫ alias plurimaſ
nationes.inquibꝰ aperte videre poteris/quātas iniquitates hoībus perſuaſe-
runt. Jn ipſis inquā/videre poteris/adulteria/fornicatiōes/earū nationuꝫ/que
vſq̄ꝫ ad hūc diem/etiā multis in locis peragunt/que quaſi primitias quaſdaꝫ
dijs debitas turpiſſimas hmōi ī tēplis offerūt/⁊ me offerri/vt videre videor iu
bes. Nā ſi nec hoīes qdeꝫ modeſti ⁊ mites cedibꝰ ⁊ ſtupris letātur/quāto ma
gis dij ab rebꝰ peſſimis eſſe debēt alieni: At dñs ⁊ ſaluator meꝰ ieſus chriſtꝰ
ſuo euāgelio/hāc falſam erroribꝰ innumerabilibꝰ plenam ſuperſtitioneꝫ/ymo
deceptionem veſtraꝫ damnās/religionem optimam ſanctāq̄ꝫ/oī veritate veriſſi
maꝫ e celo/nobis ⁊ vniuerſo generi humano attulit:ex qua qdem/vera amici-
tia inter ipſum deū ⁊ homines cōſtituitur. Jccirco Ceſar inquit puella/hec di-
xi tibi qꝛ deo meo ieſu chriſto eiꝰ filio deſpōſata ſum/fac qcqd lubet. Vnū ſci
to qꝛ futurū eſt/vt multi potiꝰ ex tua familia in xp̄m meum credāt/q̄ꝫ me in tuā
deducas ſniam. Tūc Ceſaris iuſſu virgo ſancta regali purpura exuta eſt/ ⁊ Bu
balinis neruis per duas fere horas ſeuiſſime cedi iuſſa eſt. Poſtea in teterri-
mum carcerē truſa/per duodeciꝫ dies/cū celeſti cibo paſta fuiſſet ⁊ dñica atq̄ꝫ
angelica viſitatiōe/⁊ alocutiōe cōfortata/rurſus ceſari(poſt reditū ſuū a Maxi-
mino collega)ſiſtit:vt vel dijs ſacrificet/vel mortis penā luat. Catherina aūt in
fracto aīo/dixit. Miſerrime/an ignoras/qꝛ xp̄m ſponſuꝫ meū derelinquere mini
me poſſum: qui mortē pro ſalute totiꝰ mūdi pertulit:neq̄ꝫ aliū quēq̄ꝫ colere/
qui veꝝ deū/⁊ q ſolus colēdꝰ ſit nouerīꝫ: Nos qui tot tātiſq̄ꝫ erroribꝰ/ab vno
voluptatis collo/tāq̄ꝫ hydra in diuerſa capita ꝓfuſis:quō verā pietatē deſere
re poterimꝰ: Nos.n.ſoli a ſpū ſctō edocti/pia/ſanctaq̄ꝫ ꝯſideratiōe ēt ꝑ doctri-
naꝫ xp̄i/elemēta/⁊ que ab elemētis cōpoſita ſunt ſolem vꝫ ⁊ lunā/⁊ ceteras ſtel
las/ac celū ipſum/nō ſolū deos non eē/veꝝ ēt aīe expertia iudicauimꝰ. Deinde
quum aīalibꝰ rationalibꝰ atq̄ꝫ irrationalibꝰ/⁊ ſubſtantijs aīatis/atq̄ꝫ inaīatis/
plenuꝫ hunc mundū viderēmꝰ/nō abſq̄ꝫ ſapiētia dei hec oīa facta putantes/a
magnitudie creaturaꝝ/puritate mētis/creatorē oīum imortaleꝫ/ipſumq̄ꝫ/deū/
atq̄ꝫ inuiſibilē cognouimꝰ/ēt dñm ieſuꝫ xp̄ꝫ eiꝰ filiuꝫ verbū eternū carnē factū/
veneramur/colimꝰ/eiq̄ꝫ ſacrifitiuꝫ quottidie offerimꝰ. Negāte igit illa conſtāti
aīo idolis ſacrificare/Rothe horribili iponit. vt penis vrgentibꝰ a xp̄i cultura
eā reuocaret/aut ip̄aꝫ atrociſſima morte extigueret. Cōponi nāq̄ꝫ fecerat/vt due
rothe vno voluerēt ordie/alie ꝟo due ꝯtrario īpetu agerent. vt prime deorſuꝫ
lacerādo ꝯtraherēt/alie ꝟo ſurſum deuorādo ipingerēt. Veꝝ fauentibꝰ ſupis/
⁊ ipſa a rothis icolumis erepta eſt/⁊ multi gētileſ interfecti ſunt. Dū hec agun Vxor ma/
tur/Araba Marētij Ceſaris ꝯſorſ/quuꝫ ſe chriſticolā aſſereret/⁊ porphyriꝰ mi xentii por
lituꝫ magiſter cuꝫ ducētis/ xp̄ianꝰ effectꝰ/eſſet(priuꝰ mamillis regine turpiter phyrius.
euulſis)capitali ſentētia puniti ſunt. Poſt hec Catherina extra ciuitateꝫ ducta
eſt/vt ibi capite truncaret. Vbi quum ad locuꝫ ſupplitij peruiniſſet lumibuſ ad
celuꝫ erectis/in hunc modū ad dñm ſuuꝫ effudiſſe orationē dr. O ſpes vera ſa Oratio.
luſq̄ꝫ in te credētiuꝫ deuꝰ. O decꝰ/⁊ virginuꝫ glīa/dñe ieſu chriſte paſtor bone

te nunc hũiliter deprecor/vt qcunqꝫ mee paſſiõis memoriã egerit/ſeu in exitu mortis/vel q̃cunqꝫ tribulatiõe vel neceſſitate meũ auxiliuꝫ iploraueri/tue ꝓpitiatiõis cõſequat effectum/illicoqꝫ vox de celo facta eſt ad eã dicẽs. Ueni dilecta mea/ſpõſa mea/ſpecioſaqꝫ ſuper oẽs mulieres veni in regnuꝫ ſpõſi tui/iã tibi porta apta eſt. Nã ⁊ his q tuã paſſionem celebrauerint/optata ꝑſidia eiſ de celo vtiqꝫ promitto. Cunqꝫ pro circunſtãtiuꝫ ſalute deũ deprecata fuiſſet(Jlloſ etenim collachrymãtes iſpexerat)a ſpiculatore decollata eſt/ lacqꝫ(cunctis cernentib⁹)cruoris vice effundi viſum eſt. Sanctuꝫ auteꝫ ei⁹ corpus protinus ab angelis dei in montẽ Synay delatuꝫ eſt/monumẽtoqꝫ nouo cõditum/ex quo ſingulis annis/lac ⁊ oleũ emanare dicit/quib⁹ varijs egritudinib⁹ remedia preſtãtur/ad dñi noſtri ieſu chriſti laudẽ:cui eſt honor ⁊ gloria in ſecula ſeculoꝝ amẽ. Atqꝫ ita beata Catherina chriſti ſpõſa in celũ euecta/nunc pſpicue cernit q̃ꝫ certo ſparat in vita/ſibi glorie/apud hũani generis redẽptoreꝫ repoſitam eẽ mercedem:ſuũqꝫ ſenatuꝫ eſſe cuꝫ ipſis angelis eã ad ſepulchrũ deferentib⁹ habitaculũ. Nunc ꝑſenti corãqꝫ aſpicere ei licet illos ſeptẽ qbuſ beatoruꝫ aie per inſatiabilẽ pfruuntur leticiã. Nã cum eis iucundat/⁊ exultat/q ſuperata ⁊ domita carne/nullis ſunt deliniti/ei⁹ illecebris:atqꝫ ⁊ ipſa cuꝫ eis/qb⁹ pro aſſiduitate/⁊ innocẽtia ꝑmium illud eſt datum. Nunc eidẽ Maria mater dei cum ſacris virginibus floribus ⁊ lylijs inſignitis tãqꝫ Nurui ſue predilecte/filij ſui vnigeniti ſpecioſiſſime ſponſe occurrit. choris etiã circundata angelicis/veluti poſt rubrum mare pharaone cũ exercitu ſuo ſubmerſo/tympanum tenens ipſi Nurui ſue Catherine ſuauiſſimis vocibus precinit/reſponſure:Cantemus domino glorioſe:quia magnificatus eſt plurimũ p: equum ⁊ aſcenſſorem probiecit in mare. Mirabiliori etenim nunc ingenuitate fulget/q̃ antea ex regia ptholomeorum familia/nec ei certe felicius obtigere potuiſſet/ quam iuire conſortium/cum his qui in excelſo vitam conſtituere. Hec quippe de glorioſa noſtra qꝫ ſingulari aduocata Catherina virgine ſtrictim ame nunc commemoraſſe ſat eſt. Cuius quidem tanta fuere ſigna ⁊ incredibilia miracula/vt in omneꝫ prope mundum etiam apud barbaros eius nomen magnificetur. Eo itaqꝫ in loco ex Alexandria ab angelis alatum/ſub ipſis angelorum excubijs per trecentos annoſ conquieuit:donec a quodam venerabili ſanctoqꝫ Abbate diuino iuſſu tranſlatum eſt:⁊ in radice montium Synay atqꝫ Oreb. in monaſterio a Juſtiniano maximo imperatore extructo collocatum. Jn eccleſia igitur ipſius monaſterij/in dextro chori cornu loco videlicet. eminentiore/ Mauſoleum ex albo marmore candidiſſimoqꝫ/ mirifice extructum eſt. quod Tumba appellatur:inquo ipſius ſanctiſſimum caput/cum ambabus manibus ⁊ alijs quibuſdam illius ſanctiſſimis reliquijs conſeruantur. Que quidem eo peregrinantibus ab Abbate ceteriſqꝫ monachis deoſculanda demonſtrantur. Alie ꝟo reliquiarum ipſius partes per munduꝫ diſperſe refferuntur diuerſis principibus ⁊ prelatis ex priuilegio ſpeciali conceſſe. Locus autem vbi nunc monaſterium ⁊ eccleſia conſiſtit. is eſt vbi Moyſi greges paſcenti/deus ardẽs in rubo apparuit. precipiens illi vt calciamenta ſolueret: adhuc extat capella in huius rey memoriam extructa:in ſiniſtro chori cõſtituta. Jpſa autem eccleſia. xij. perpulchris ſuſtentatur collnmnis. Eidem etiam eccleſia diue chatherine:que quadraginta martyrũ nuncupatur. Saracenoꝝ muſchea ſatis am

pla adiacet quam ſaraceni ipſi ob ſanctiſſime virginis pietatē in dies frequēta
re refferūtur. Miſſo aūt eius montis Synay celeberimo Cenobio/qđ ſanctiſſi
mi religioſi diui Baſilij profeſſores challogeri nuncupati/incollūt. Nullum re
gnum/nulla ciuitas/nullum oppiduꝫ/nulluꝫ ruſculuꝫ/nullaqꝫ priuata domus
ī mundo exiſtit/vbi Catherine/tēpla/ſacella/are/imagoqꝫ nō reſplēdeat/qđ tāto
pere de alia quacūqꝫ ſancta virgine factitatuꝫ eſſe nō videmꝰ. Nā quū ceteris
(preter dei genitrici) preponaꝛ/fatigauit/vbiqꝫ hec pictores/ſculptores/multipli
ces/egregioſqꝫ/⁊ minores: qui eam piniculo formarūt: ⁊ multis ī locis/⁊ maxi-
me celebrioribus/ingeniuꝫ omne/atqꝫ artis vires expoſuere. Fatigauit inſuper
⁊ oratores/atqꝫ poetas pene inumerabiles /qui in eius preconio pluri ma tum
oratione ſoluta/tuꝫ oratiōe materna/atqꝫ verſu ⁊ vt reliquos ſinaꝫ/ diuini pro-
pe īgenij/viruꝫ/vtiqꝫ maronianuꝫ/Baptiſtaꝫ mātuanum carmelitā/ſacraꝝ litte
rarum profeſſorē/⁊ vatem noſtri eui ſupremuꝫ atqꝫ cōſumatiſſimuꝫ: qui eiꝰ vi
tam omēꝫ/pulchērimo carmie cōſcripſit/⁊ tam pn̄tibus qꝫ poſteriſ legēdaꝫ cō
tulit. Hec etiā/ipſe pluriora qꝫ mei moris eſt/ in laudeꝫ huius ſancte monimē
tis hic mādare volui/qui ſuis meritis plurima ſepe numēo expertus ſuꝫ benefi-
tia/⁊ ea quideꝫ apud deuꝫ īmortalem me cōſecutuꝫ manifeſta fide deprehēdi:
⁊ de grauiſſimis picullis ⁊ īfirmitatibꝰ eius ope me fuiſſe liberatum: atqꝫ iter-
ceſſione.

❡ De ſancta Barbara virgine ⁊ martyre. cap.cx.



BArbara virgo Aſiana/ imperanre Maximino tyranno in orientali plaga: Maxentio vero rome itidem faciente/⁊ Melciade ſimiliter Papa/ rome in cathedra Petri preſidente / apđ Nicomediam inſignem vetuſtanqꝫ ortus ſui vrbem/cum gloria martyrij/ ad ſyderea regna migrauit. Hec quippe poſito ſplendidiſſimum genus interceſſerit/auſteritate tamen mortis intrepide pro chriſto/a proprio genitore inflicte/ ⁊ leto vultu ſūpte / lōge luculētior effulſit. Huiꝰ itaqꝫ pr̄ noīe dioſcorꝰ fuit nobiliſſimꝰ atqꝫ diuitijs inumeris prepotens ⁊ gentilis: que quum corpuſculum eduxiſſet in robur/ inſignis decoris euaſit conſpicua. Cui tam celebre ingeninm quidem fuit/vt potius ſacro ſuperumqꝫ munere datum ei fuiſſe diceres , qꝫ humanis ſtudijs quouiſmodo ſibi vendicare potuiſſet. Erat ei pronus etiam ab ipſa pueritia in ſanctitate animus: ⁊ ad omnem eruditionem adipiſcendam ardentiſſimus. Unde etſi a parentibus tanqꝫ vnica filia inter diuitiarum delitias enutriretur/non tamen otio/⁊ tmolliciei femiee/eā đditā legimus: ymo iugiꝛ ſupra etatē diuia pſcrutāi. Cuꝫ eiꝫ tēpluꝫ aliqn̄ puella quuꝫ parētibꝰ ītrogreſſa fuiſſet/vidēs ſimulachra

parētib⁹ ait. Quid ſibi volūt ſimilitudies iſte? Reſponderūt parentes: inſāis
qd loqueris? Uides qꝛ hoīuz ſimilitudies n̄ ſūt/ſ3 dij/q adorari iubēt/p illō
qō neſcit: quodq3 minime cernitur. Quib⁹ puella. Fuerūt ne iḡt aliqn̄ hoīes/
quos nūc colimus? vtiq3 dixerūt. At illa vt erat maximi ſpirit⁹ adoleſcētula/na
turali īſtinctu pauliſper comota/ꝛ iā quaſi/a ſopore quodā/ꝛ (vt ita dica3) a p-
fundo ſomno expgefacta/oculis animi aliquātulu3 aptis/deu3/ deiq3 ꝟtutem
ſalutare3 eſſe/mūdo putauit: ꝛ ad eu3 querēdū/animū primum i celu3 erexit/ꝛ
celeſtiu3 pulchritudinē corpoꝝ ꝯtemplās/admirata/nō plures deos/ſed vnu3
deu3/q cūcta iſta feciſſet regeretq3 oino arbitrata ē. Cūq3 ardēti deſyderio/i ve
ri dei cognitionē traheret: philoſophos gētiles ſūmope ꝛ accurate elucubrare
ꝛ plegere cepit. ꝟu3 quu3 inter ipos maximā de vero deo altercationē ꝛ cōtētio
ne3 aiaduerteret: atq3 etiā ex ipis phis didiciſſet, quādā inanē ſupſtitionem/
apud ātiquos initiu3 ſumpſiſſe/que quaſi maloꝝ oiu3 fons/multitudinē deoꝝ
ꝯſtituerat/quib⁹ hoſtias imolare/ſolēnia facere/ſimulachra ꝯſtituere/ꝛ cōdere
tplā pſuaſerat/quu3 tn̄ prius hoīu3 ſepulchra fuiſſent/ ſed magnificēti⁹ cōdita/
tploꝝ appellatione vocata fuerāt. Ex hoc priſcoꝝ religiōe3/potius quaſdā poe
tarum fabulas/quā religionē exiſtimauit. Et quu3 nihil ꝟitatis in ſe habere a
nimaduerteret magna cordis voce/oia illa maioꝝ ſuoꝝ idola cōtempſit. Uerū
quu3 etiam ad poetaꝝ theologiam inueſtigāda3 ſe tranſtuliſſet. Ex heſiodo ꝛ
Orpheo optimis poetiſ/didicit/vniuerſa que in mūdo ſunt ab vno deo emanaſ
ſe/ꝛ illius virtute cōtineri nō dubitare/ꝛ maxime ex ſentētia Orphei/ qui in qui
buſdam carminibus/ omnia diuina virtute in hunc modū gubernari dicebat.

Orphei verſus.

Uos qui virtutem colitis/vos ad mea tantum.
Dicta aures adhibete: animoſq3 intendite veſtros:
Contra qui ſanctas leges contemnitis: hinc vos
Effugite: ꝛ procul hinc miſeri/procul ite profani:
Tu vero qui diuinas ſpecularis: ꝛ alta
Mente capis muſe voces amplectere: ꝛ illas
Aſpiciens ſacris oculis ſub pectore ſerua.
Et poſt multa/ſic ſubſequitur
Nemo illum niſi chaldeo de ſanguine quidam
Progenitus vidit: quem celorum aurea ſedes
Sublimiſq3 tenet: cuius ſe dextera tendit
Oceani ad fines quem de radicibus imis
Concuſſiq3 tremunt montes: nec pondere q̄3uis
Immenſo ſint ferre queunt: qui culmina celi
Alta colens terris: nunq̄3 tamen ille ſit abſens
Ipſum principium: medium quoq3: ꝛ exitus idem.
Priſcorum nos hec docueruut omnia voces:
Que binis tabulis deus olim tradidit illis:

¶ Barbara itaq3 virgo/ quum tam piam ſententiam de deo vero vnoq3 ha-
bendam/ ab Orpheo poeta theologoq3 accepiſſet: Confeſtim ꝛ quemad-
modum Aurelium patrem Auguſtinum feciſſe conſtat/ poſt multos circui-
tus maiorumſuorum errorum/circuire cepit/ non modo Ciuitatem per vicos
ꝛ plateas/ ſed per totam Aſyam/ Egyptumq3/querendo verum anime virum/

pro quo ne moreret/dignuz iudicaret mori/vt ei⁹ ſemp ihereret amori. Tūc ex Alexādria i nicomediaz perlatuz ē/ſapiētiſſimuz viroꝝ alexādrie eſſe/origenez noīe cui⁹ tāta exiſtimabatꝛ ſapiētia ꝛ facūdia/vt cūctos i oī ꝟtutis genere ſupa ret/euidētiſſimiſqꝫ ratiōib⁹ ꝛ ſignis deum veꝝ ꝑponeret/ ꝛ Idoloꝝ ꝯfunderet falſitatez/Qđ barbara quuz audiſſꝫ/nō mediocritꝛ gauiſa ē. Aiaduertere quip pe ꝯfeſtiz cepit/quo nā modo illuz/ꝛ audirꝛ ꝛ alloqui poſſꝫ. Subuerebatꝛ nāqꝫ maiorē i moduz genitoris dioſcori potētiā/ꝛ ꝑpterea miſteriū ꝯſilij ꝛ deſyde rij ſui eidez idicare ptimeſcebat. Unde ꝛ diligēti examie oīb⁹ pōderatis/ꝙ ad pficiēduz q̄ aīo obuerſabātꝛ/ſuo/ſibi ipoſſibile videbatꝛ/ id p Epiſtolas ꝛ fiduz ſibi nūtiuz/i hec verba efficē curauit. ¶ Uiro Alexādrine nobilitatis/ aī lōge lateqꝫ cōſperſo origeni/Barbara nicomedie tua ācilla/dec⁹ ꝛ honorez deſiderij mei. Accepi te fore/ꝟe diuinitatis optimuz oſtēſorē. A p̄ma eteiz/ſcintilla ige- nij mei te cuz toto corde cōcupiui:vt ad veri dei notitiā puenirez/mēte ꝯcupi- ui/ſciēs nullaz prorſus deitatē ineſſe lignis ꝛ lapidib⁹/q̄ humana arte ꝯpoſita ſunt:q̄ ſenſibilitatē haud recipiūt:ſꝫ ꝛ nec loqui/nec audirꝛ p̄nt:vnō ꝛ ime met ſemp exiſtimaui nō veros/ſꝫ falſos oīno eē deos nec hoīes dos effici poſſe: qꝛ hō quuz icipiat/ēt deſinere ē neceſſarie. Deus autē (vt nupime noui) ante tp̄ra fuit. Nō ergo vnq̄ꝫ deos credē potui/quoſ hoīes mortaleſ agnouerā. Et quāq̄ꝫ nunc vſqꝫ mltis i motib⁹ fueriz cōſtituta/ſemp tamē deuz nobis ignotuz fuiſſe exiſtimaui. Qui vꝫ ſolus ꝯcta creauit/atqꝫ euz ſemp amaui/illiqꝫ totaz me de- uoui/a quo ſuz/id quod ſuz/niſi mea me fefellit ſentētia. Cuius qdē me ſpiritu aīatam ſentio. Donecqꝫ ad euz ptingā nullatenus vnq̄ꝫ deſiſtā. Qua proptꝛ tue optime fame rumore perculſa/venerabilis pr̄:mētem meā his tue/ dignitati a- perire cenſiui. Illuz deū ſolūmodo exquirere:cui⁹ cognitionē pfectam apud te eſſe cognoui. Unde ſi ita ē/prout fertur:has ſupplices offero preces: quatenuſ digneris excutere noctē ignorātie mee/chaoſqꝫ ꝯfuſionis ab ācilla tua/illāqꝫ in ducere ad vere iuſtitie ſolē/atqꝫ diſcretionis lumen. Opto quippe veꝝ deum a gnoſcere/illuz ſcilicet qui fecit viſibilia ꝛ iuiſibilia. Et vtrū vn⁹ vere ſit/vt ipa iā nunc duduz/mecuz argumētata ſū. vale. ¶ Origenes autem ſuſceptis lectiſqꝫ Barbare epiſtoliſ/iennarabili gaudio replectuſ eſt/itellectaqꝫ clarius/oratoris aduentus cauſa:vt erat pr̄ optim⁹/ꝛ in oēs comis ꝛ per benignus/illuz illario ri vultu excepit. Quāta ꝟo aī leticia ꝛ iucūditate ꝟginez barbaram tanq̄ꝫ opti mā ſpiritualēqꝫ predā cōſectus/habuerit/lectoris iuditiū expoſtulo. Origenes igitur ex iſperato dei munera/vbi quodam inennarabili exultaſſꝫ tripudio/ꝛ in exultatiōe deo ꝛ dn̄o ieſu xp̄o plurimas gr̄as egiſſet/ꝙ ipſuz maxime propitiū aīaduerteret in cōuerſione talis alumne/quodqꝫ/ex infecunda radice/ talem ac tātum percepiſſꝫ fructuz/que ex innumeris ei⁹ ꝟtutibus/ꝛ exemplo/hedificare eccleſiā eſſꝫ idonea:mox valentinū quēdam p̄ſbyteruz/ex ipſius diſcipulis ſā ctum ꝛ erudituſſimuz hoīem/cū diuine ſcripture codicib⁹. Nicomediā cuz ora tore btē barbare ad eandē Barbarā mittēs/in ꝟba reſcripſit. ¶ Origenes ve ri dei idignus ſacerdos/ꝛ vt poſſibile ē/eius noīs oſtenſor/Barbare/barbarice gentis inadoptionem filiorꝫ dei ꝛ domini ieſu chriſti/ſalutez. Sicut ſcripſe- ras/ſcire te velle/verum deum/quis ſit. Scire debes/ꝙ vnus eſt verus deus/in ſubſtantia/ꝛ in perſonis trinus:ſcilicet pater/ꝛ filius/ꝛ ſpiritus ſanctus. Qui- cunqꝫ igitur hec omnia perfecte credit/ habet quo ad eum pertingere poſſit.

Epiſtola Barbare

Origenis Epiſtola

Cuꝫ his ãt litteris eruditiſſimuꝫ p̃ſbyteꝝ hũc ad te mitto q maxia mecũ ẽ iunctus fideꝝ charitate ⁊ tãta/vt ea maius eẽ nõ poſſet. Jtaqꝫ qcqd is ꝺ̓ iſtructõe ꝟe fiꝺ̓i noĩe meo tibi dixẽit:id ita exiſtimato/ac ſi a ꝺ̓o/⁊ ame ip̃o corã audiſſeſ vale. At vbi Barbara ꝟgo diui origẽis nũciũ vna cũ oratore ſuo icolumẽ iturris ſui hoſpitij locũ cuꝫ gaudio excepiſſet:poſt mutuas ſalutatiões : Ualẽtinꝰ

Fideꝝ miſteriũ exponit.

a Barbara ꝟgine de deo iterrogatꝰ/cideꝫ i hec ꝟba repõdit. ¶ Credimus nos omnes ĩ deuꝫ patreꝫ oĩpotẽteꝫ cũctoꝝ viſibiliuꝫ/⁊ iuiſibiliuꝫ conditorẽ: credimuſqꝫ/⁊ i dominuꝫ nr̃m ieſuꝫ xp̃m/ꝑ quẽ creata ſũt oĩa/ verũ vtiqꝫ deũ vnigenituꝫ:⁊ verũ dei filiuꝫ/nõ factuꝫ/ſꝫ genituꝫ/⁊ vniuſ cũ patre ſubſtãtie. Credimꝰ quoqꝫ ⁊ ĩ ſp̃m̃ꝫ ſctũ:veꝝ deũ ex p̃re procedẽteꝫ:equaleꝫ ꝑ oĩa p̃ri ⁊ filio/ vꝫ poteſtate/volũtate/eternitate/⁊ ſubſtãtia. Et ĩhac qdeꝫ trinitate/nullus ẽ prorſus graduſ nihil qꝫ ĩferiꝰ ſupius ve/ſꝫ tota diuinitas ſui ꝑfectiõe equalis ẽ:vt exceptis vocabulis/q̃ proprietãtẽ ꝑſonaꝝ idicãt:vt qcqd de vna ꝑſona dicat̃:de tribꝰ oĩno poſſit ĩtelligi. Nec p̃r/filij/aut ſpũs ſcti ꝑſonã aliqñ excludit: nec rurſus filiꝰ aut ſpũs. ſ. p̃ris nomẽ perſonãqꝫ recipit. Sꝫ p̃r/ſemꝑ p̃r eſt/ filiꝰ ſemꝑ filiꝰ:⁊ ſpũſſãctꝰ/ſemꝑ ſpũſſãctꝰ. Jtaqꝫ filia aduerte/ qꝛ ſubſtãtia qdẽ vnũ ſunt: ſꝫ ꝑſonis ac noĩbꝰ tantũmodo diſtingũt̃. Jp̃m ãt ꝺ̓i filiuꝫ/dicimꝰ ĩfine ſeculoꝝ ꝑfectuꝫ nature nr̃e/hominẽ ſuſcepiſſe ex Maria ꝟgine:ꝟbũqꝫ carneꝫ factuꝫ eẽ nõ ꝑmutãdo deitateꝫ. Jp̃m ãt dicimꝰ ipaſſibilẽ ꝼꝫ ſuã deitateꝫ vt p̃reꝫ/ſil̾iterqꝫ ĩcõprehẽſibilẽ ⁊ iuiſibilẽ vt p̃reꝫ. Eidẽqꝫ/quũ xp̃ianiſſimũ oẽꝫ appuiſſꝫ valẽtinꝰ origẽis p̃ſbyt̃ atqꝫ ãnũtiaſſꝫ. Quodqꝫ/ñ cecaſ caducaſqꝫ huiꝰ ſeculi diuitiaſ nec breuẽ hãc calamitoſãqꝫ vitã/nec ĩſtabilia corporis comoda/ ſꝫ aĩe q̃ ĩtellectual̾ ẽ ſubſtãtie appetẽt bonũ: Docuiſſꝫ ve verã xp̃iane religiõis ꝟitatẽ/q̃qdẽ ꝺ̓i ſũmi mãdaꝝ pagĩt̃:ꝺ̓claraſſꝫ quoqꝫ gẽtiliũ religionẽ erroribꝰ plenã/falſaꝫ fictãqꝫ fore. Declaraſſꝫ ve vnã eẽ ſctoꝝ vitã/ſꝫ p̃mia ꝓ labore diuerſa/⁊ e ꝯtrario/ꝓ mõ peccatoꝝ eẽ ſupplitia:vnũ ĩſuꝑ xp̃ianiſ eẽ baptiſmũ ſine quo nemo poſſꝫ ſaluari. Atqꝫ poſt eũ/ſi peccauẽit/ꝑ p̃ñiaꝫ poſſe ſaluari/ Deniqꝫ cũ nouũ ⁊ vetꝰ teſtamẽtuꝫ ip̃i oñdiſſꝫ/⁊ ꝺ̓claraſſet. Eidẽ ip̃e ſacerdos valẽtinꝰ ardẽti aĩo expoſtulãti/ſacrũ baptiſma ea ĩ turre ꝯtulit. Mõuitqꝫ ſũmoꝑe eã/vt aĩuꝫ ſuũ/ ſua ꝓ virili/ĩ lectõe ſacre ſcripture iugit̃ occuparet/ne ĩ bõa t̃ra pectoriſ ſui inimicꝰ hõ ziꝫania ſuꝑſeminare poſſꝫ:ſꝫ ĩtrametip̃aꝫ loq̃ret̃. Jn nocte q̃ſiui quẽ diligit aĩa mea. Dicẽtqꝫ: o bone deꝰ/vbi paſcis : vbi ĩmeridie cubas : qꝛ poſt te ĩheſit aĩa mea:iccirco/rogo /vt me ſuſcipiat dextera tua. Hiſ itaqꝫ ⁊ alijs ĩnumeriſ docũmẽtis Barbara ꝟgo/a valẽtino ſacerdote ĩſtructa/relicto iã ĩ corꝺ̓ ſeculo/renũtiauit etiã diabolo/⁊ põpis atqꝫ opibꝰ eius/ ꝟuare volẽſ fedus qꝫ dñio pepigit. Cumqꝫ valẽtinus ſacerdos poſt ñ modicũ tp̃us vale faciẽſ barbare ꝟgini ab ea diſceſſiſſꝫ / affuit tẽpus quo viro matura/nuptui tradẽda eſſet. Cũqꝫ multi ex optimatibꝰ/eam ſibi dari ĩconiugem expoſtulaſſent: Pater ab ea ꝑquiſiuit/ an cuiq̃ꝫ illoꝝ nubere vellet. Cui puella q̃ſi ſubiraſcẽs. Ne mihi ĩquit obſecro de hac re/vnq̃ꝫ moleſtus ſis. Nã ſi abſte coacta fuero vt viꝝ accipiã/ pociꝰ mihi met morteꝫ cõſciſcaꝫ Accidit autẽ/vt die quadaꝫ turri quã ſibi pater erexdificarat iterato ĩſcẽderet:⁊ ibidẽ p̃rnis ⁊ auitis ſimulachris cõſpectis/ĩ eiſdẽ faciebꝰ expuit/dicẽs. Similes illiſ fiãt/q fecerũt ea/⁊ oẽs q ꝯfidũt ĩ eis. Nec ita mľto poſt/quũ ꝺ̓ trĩtate apꝺ̓ p̃reꝫ ꝟba feciſſꝫ:poſt ꝟbera qbꝰ pl̾imũ ãfflicta fuit ꝺ̓truſit eã ĩ cãcerẽ:ibidẽ tã diu ꝟuãdã/q̃ꝫdiu ꝑ mãcianũ p̃fectũ/ad torm̃ta rape

rek. Sedēs itaqꝫ ꝑ tribūali Marcian⁹/iuſſit barbarā ad ſe adduci. Intuēſqꝫ ín
eam. Cur īquit puella decora generi te mortis dedis: Offer dijs ſacrifitium/ ꝛ
illeſa abibis. Quod ſi efficē neglexeris: ſcito te varijs accerbiſſimiſqꝫ tormētis
īterficiēdaꝫ: Cui illa: Audi me martiane dux: dij quos tu me adorare ſuades/
dij nō ſunt/ ſꝫ peſſimi demōes. Qui celo relicto/ ī terrā deſcēderūt: vt homici-
dia/ fornicatōes aliaqꝫ innumera ꝑpetrarēk mala: Nō eiꝫ modeſtiā/ aut iuſtitiā
exēplo docuerūt: ſꝫ alij obſcēis voluptatib⁹: alij pugnis alij vēatiōib⁹ gaudēt.
Dn̄s aūt me⁹ ieſus xp̄s (quē toto corde diligo ꝛ colo) vt verus de⁹/ nō bella/ aut
pugnas/ vt tua Minerua/ quā falſo deā appellas: ſꝫ pacē/ ꝛ quietē oīmodā īter
hoīes ꝑſuaſit. Neqꝫ eidē varie canuꝫ venatiōes/ vt tue diane venatrici placent/
aut fiſtule ꝛ Tympana ꝛ alij ſonit⁹ vani/ ac muliebris turba/ vt ſūt matri deoꝝ
gratiſſima: oī ꝟtute neglecta. Itaqꝫ ſcias me paratā fore/ laudis ſacrificiū offē
re ſaluatori meo/ q fecit celū ꝛ terrā/ ꝛ oīa q̄ ī eis ſūt. Hi autē quos pro dijs co
lis/ ꝛ muti/ ꝛ ſurdi/ ꝛ ceci ſūt/ licet/ os/ oculos/ aureſqꝫ videantur habere. Cūqꝫ na
res ad odorāduꝫ/ man⁹ ad palpāduꝫ/ pedes ad āmbulāduꝫ/ eis ſint: Olfare pror
ſus/ aut tāgere qdpiaꝫ/ vel aliquo iter arripe minime queūt: qppe/ qui nullū ha
bēt ſpm̄. His dictis Martian⁹ furore replet⁹: poſt accerbiſſimas corpori deli-
cato īflictas plagas iteꝝ carceri cuſtodiēda tradik: vt poſtmodū/ eā morti de-
ſtinaret. Cui ī tēpeſta nocte ſaluator apparuit: ꝛ blādiſ ea ꝟbis ꝯſolās/ ꝑtinus
curauit. Que poſtq̄ꝫ tyrāno/ e cuſtodia/ oblata eēt. Ecce īqt quo te pacto dij
mei diligere demōſtrāt: qui tuas curauere plagas. Rn̄dit ꝟgo/ cū ſimiles ſint
dij tui ſurdis ꝛ mutis/ ꝛ cecis q ſe nec errigere poſſūt/ neqꝫ mouere. Quō me po
tuerūt curare/ q ſibi ipſis ꝓdeſſe nō poſſunt: Ipſe ꝟo de⁹ ieſus xp̄s ſanauit me
quē tu/ a demone obcecat⁹ videre nō potes. Sꝫ ab ipſo ſuis fidelib⁹ īpendik/
vt/ a medico remediuꝫ/ diſciplina/ artis medicine ē aliquotiēs etiā ignib⁹ ꝛ fer-
ro morbos curare. Et quid mirū ſi dn̄ſ nr̄/ tanq̄ꝫ medicus aīaꝝ noſtraꝝ/ noſ tur
binib⁹ excutiat/ morbis exanimet/ tormētiſqꝫ excruciet ꝛ purget: Fortitudis āt
xp̄ianoꝝ ē/ quaſi ꝑ ignes ꝛ flamas vaſoꝝ more purgari. Quod ſcriptura maioꝝ
nr̄oꝝ doctoꝝ teſtak. Aurū/ ꝛ argētuꝫ/ ꝛ ferruꝫ/ ꝛ plūbuꝫ/ ꝛ ſtānum ac om̄e vas/
qđ ꝑ ignē trāſierit emūdabik. Nos itaqꝫ dn̄s noſter/ ꝑ vos tyrānos peſſimos
vrere vult vt curet/ tēptatq̄ꝫ vt liberet/ atqꝫ vexare ꝑmittit vt ſaluet/ ac demuꝫ co
ronet. Tēptat igik nos hoc modo dn̄s/ vt ſciat ſi eū ex toto corde diligam⁹/ ac
etiā ex tota aīa nr̄a. Ipſe ꝑmittit dolorē: vt det refrigeria. Obduratus vehemē-
tius tyrān⁹/ ꝛ corpus virginis Barbare crudelē īmodū lacerari/ ꝛ ad ei⁹ latera
ignē apponi/ atqꝫ mamillas eiuſ precidi iuſſit. Poſtremo/ vbi barbara orōneꝫ
ad dm̄ effudiſſet: diuerſaqꝫ tormēta equanimiter ꝑtuliſſet. Marcian⁹ iuſſit ca-
put ab ea abſcidi. Tunc quuꝫ furore Dioſcorus pr̄/ eā accipiēs/ in quendā mō
tem eaꝫ ꝑduxit. Cumqꝫ decollāda eſſet/ virgo barbara orauit ad dn̄ꝫ/ vt citius
ſui certaminis coronam conſumare dignarek. Facta eſt protinus ad eam de ce
lo vox/ dicens. Ueni dilecta mea/ ꝛ in patris mei regno iam tandē cōquieſce/
quibus dictis/ dioſcorus proprius genitor illi ſanctum caput abſtulit. Sed ne
iultuꝫ tā execrabile pr̄is facin⁹ viderek: factū ē/ vt eo cū martiāo ꝛ ceteriſ ſatelli
tib⁹/ ſuis de mōte deſcendēte/ tanta caligīe mox obuolutus fuerit/ vt tanq̄ꝫ phe
tonta ictum ꝛ vſtum phebeo curru/ ſine vlla cōctatiōe/ ꝛ ipſe cum Martiano ꝛ
plurib⁹/ a deo exuſtus fuit: vt nec vlluꝫ quideꝫ ex ipſoruꝫ cineribus remāſerit

veſtigium. Paſſa eſt itaqꝫ beata virgo barbara pridie nonas decēbreſ/quo quidem/die eius ānua ſolenitas celebratur. Collectis vero poſtmoduꝫ a ſupradicto eius patre ſpūali Ualentino religioſo viro reliquijs/ eas ītra ciuitatem defferēs/cōditis aromatibus/cum reuerētia ſepeliuit: vbi ꝛ ſanitateſ recipiunt omnes/qui lāgore aliquo laborāt: ad laudem ꝛ gloriaꝫ dei oīpotentis: cui eſt honor ꝛ gloria in ſeculoruꝫ ſecula amen. Quod autē Barbara hec virgo paſſa ſit ſub Maximino tyramno apud nō nullos ꝛ etiā apud me/ambigitur: quom origenes doctor ad queꝫ ipſa litteras dederat floruerit/ tempore Alexādri principis qui īperabat romāis/circa ānum ſalutis nr̄e/trigeſſimuꝫ ſupra ducēteſſimuꝫ potius dixerim ego/paſſam fuiſſe ſub maximino principe ꝛ auguſto/ non autem iſto tyramno Maximino. Ex illa phetontica Dioſcori fulminatione vbi ictus/ꝛ vſtus curru phebeo Dioſcorus exceſſit: inoleuit cōſuetudo/vt quū lampadare cernimus illico ſancta barbara ora ꝛ ītercede pro me acclamare didicimus. Plura eiꝫ miracula ī ſimilibus eā feciſſe/nō ſum neſcius/ſed ea nūc ſcripto mandare lōgum eſſet. Suuꝫ vero ſctiſſimuꝫ corpus poſtmoduꝫ venetijs trāſlatuꝫ: nūc in monaſterio crucigeroꝝ in ſacello noī ſuo dicato/ ſarchophago marmoreo conditum reuerenter ſeruatur.

¶ De ſancta Anaſtaſia martyre. cap.cxi.



ANaſtaſia nobiliſſima Romanoꝝ matrōa/diuine maieſtatis optima cultrix/ac intemerate pudicitie/ꝛ inmēſe pietatis ꝛ religiōis feminis cunctis ſanctiſſimuꝫ exempluꝫ ſub Diocleciano auguſto/Rome/ pro chriſto glorioſum ſuſtinuit martyriuꝫ. Quas ob res/geminā ſibi acquiſiuit laudeꝫ/tum quia tanqꝫ agricola/ꝛ cultrix/toto tempore vite ſue bonos fructus pietatiſ ſeminauerat: demuꝫ ꝛ ſacri ſanguinis effuſione ſuoꝝ meritoꝝ/ omniumqꝫ virtutuꝫ rigauerit plantaria. Preterati itaqꝫ illuſtris. Ro. gentilis/ex Fauſta coniuge chriſtiana extitit filia/quā parētes ipſi adultā/publio patritio. Ro. eque nobiliſſimo mr̄imōio ꝯiūxē quo qdeꝫ marito/pp ipſi⁹ ꝟtutes ꝛ pietatem quo adurit plurimū agitata fuit. Erat nāqꝫ ipſa Anaſtaſia ex paterna hereditate admodū locuplex: adeo/vt āpliſſim⁹ ſuuſ cēſus/poptime ī oib⁹/ſuo generi rñōret. Eratqꝫ ī diuinis ſcripturis/a diuo griſogono (poſtea xp̄i martyre) egregie īſtruccta/atqꝫ edocta/ī quib⁹ iugiter ītēta/veluti quādaꝫ famē ſaciare ꝺſiderās p euāgelia ꝛ diui pauli ep̄laſ īpretermiſſe diſcurrebat. Ex ꝯtiua āt lectiōe ꝛ meditatiōe ſcripturaꝝ diuinaꝝ cū pcepiſſꝫ nō eſſe chriſtianis ſperādum ī incerto diuitiarum ſuaruꝫ/ſed in deo viuo/ qui omnibus preſtat abundanter omnia: quodqꝫ ad factum boni operis diuites eſſe/ ſe in bonis factis comunicatores eſſe. Conſtituit theſaurizare ſibi bonum theſaurum infuturum. vt apprehenderet eam/que eſt bona vita. Sciebat quippe ſe ideo diuitias accepiſſe multas/ non vt his ſolis ſe beatitudinem habere conſideret/ vt male vteretur

vteretur bonis/neq̃ vt deſpiceret pauperes/aut certe illas inſtrumentum libi-
dinis ſibi computaret: aut illas ſe amiſſuram exiſtimaret vnq̃. Jccirco cum
legiſſet apoſtolū paulū dicentem. Qui fidēter ſeminat/fidenter ⁊ metet. Et ite
rum. hylarē datorem diligit deus. Atq̃ etiā quum legiſſet prophetā dicētem.
Et pauperē ⁊ diuitē ego feci: ⁊ pro oībus equalis cura mihi eſt. Spiritu diui
no ſuccenſa intra ſemetipſam dixit. Cum curā de oībus gerat deus/ ⁊ quis me
tuere debet/ne eiꝰ minuatur patrimoniū: vnde deo iubēte prorogatur? Time
Anaſtaſia iquit time magis/ne ſi tepida ⁊ ſterilis/ ⁊ infidelis i bonis operibuſ
fieris/tandē egena ⁊ i ops prorſus iueniaris. Nō timeas inquam ne dificile re
gna igrediaris celorum / modo ſis humilis/ modo ſis larga/ quia ex hoc bea-
tior vocaberis. Sed nec etiam i hoc ſeculo ob hoc/nec i futuro/aliquā ſenties
egeſtatem: Jgitur da pauperi/ vt deum fenereris deū tibi computa debitorem/
ſentias prepoſitam eſſe miſerenti miſericordiam oībus ſacrifitijs dño dicēte.
Beati miſericordes: qm̄ ipſi miſericordiam cōſequētur: vt ⁊ tu gloriam cōſeq̄-
ris ⁊ requiem. Eam obrem ſtatuit/nō ſe diuitē ſentire / neq̃ nobilitatis alicuiꝰ Humilitas
dñā /ſed humili veſte cōtecta/ quottidie cum ſola ancillula/ viſitare īfirmos ⁊ eius ma
in carcere pro chriſto relegatos iuiſcere/ ⁊ illos atq̃ alios eſuriētes alere cibo/ gna.
veſtire nudos: peregrinos tecto ſuſcipere/atq̃ alijs pietatis operibus idulge-
re/ ⁊ eterni premij ſpe/chriſto i pauperibꝰ fenerari/qui dixit. Quodcūq̃ feciſtis
vni ex his fratribus meis minimis/mihi feciſtis. Et q̄q̄ in his exemplo Mar
the iugiter inuigilaret/nihilominꝰ aliquē etiam ſibi cōſtituit horarum nume-
rum/ in quibus diuino ⁊ ſpūali profectui icūbere volebat. Quod vbi nuncia
tum marito fuiſſet/eam: videlicet quū vna tantū conſociata Ancillula vili ha-
bitu/chriſtianorum more/carceres circuire/eiſq̃ neceſſaria ſubminiſtrare: Eā
illico artiſſimo ⁊ tetro carceri icluſit/ita vt etiam alimēta ſubtraherētur: vt per
hoc ſic perhempta/eius latiſſimas poſſeſſiunculas occuparet: verita autem ne
ob hoc moreretur/lamentabiles patri ⁊ magiſtro ſuo Griſogono in hec verba
direxit epiſtolaſ. ¶ Sancto confeſſori chriſti Griſogono Anaſtaſia. Licet pa Epiſtola.
ter meus cultor fuerit idolorum / mater tamen Fauſta chriſtianiſſime ſemper
vixiſſe ⁊ caſte: ac me inter ipſa cunabula chriſtianam fieri fecit: poſt cuius ex-
ceſſū/ſacrilegi iugum mariti ſuſcepi/cuius deo miſerante thorum/mentita in
firmitate declinās/die noctuq̃ dñi noſtri ieſu chriſti amplector veſtigia. Cūq̃
iſte patrimonium meū (ex quo illuſtratur) cum indignis ⁊ turpibus idolatriſ
exhauriat: me quoq̃ velut magam ac ſacrilegam cuſtodie tam grauiſſime mā
cipauerit: vt vitam corporalem amittere ſuſpicer. Nihil enī ſupereſt/niſi amiſ-
ſo ſpiritu ſuccumbam morti. Jn qua morte/licet glorier de confeſſione domini
noſtri ieſu: chriſti: tamē in eo mens mea valde conteritur. quia opes mee quas
ego ex aſſe deo voueram: alienis a deo/ ⁊ turpibus inſeruiunt. Et iccirco depre
cor te homo dei/vt inſtāter dominum depreceris/ vt aut ad fidem ſuam/ventu
rum ſi preuidet publiū faciat venire: aut ſi preuidet eum/ i hac incredulitatis
peruerſitate manſurum/iubeat locum dare cultoribus ſuis. Melius eſt ei exa-
lare ſpiritum/q̃ dei filium denegare / ⁊ eum confitentes impedire. Etenim te
ſtis mihi eſt chriſtus: quoniam ſi liberata fuero/ſanctorum veſtijs adherebo:
⁊ curaſ oīū ſolicitiuſ exercebo/vt ceperā. Uale vir dei/ ⁊ memēto mei. Cūq̃ hāc
epiſtolā legiſſet Griſogonus: orone facta cū multis ꝯfeſſoribus: ita reſcripſit.

ſimā/paupertacule ſue/reliquid heredeȝ/claudēs oculos ī manib⁹ ſuis/reddēſ ſpm̄ dn̄o/cōſcia vite bone/⁊ premijs futuroꝝ. Huic itaqȝ ſapiētiſſime ⁊ eruditiſſime mlr̄ieri/diu⁹ Hieronym⁹/has īfraſcriptas ex ſyria/dedit/ſcripſitqȝ ep̄las atqȝ tractat⁹. Quoꝝ tituli hi ſūt. Ex qb⁹ lector plāē aiaduertere poterit/quāti īgenij/quāteqȝ eruditiōis/⁊ ꝟtutis/fuerit marcella. Et pmo qdē ep̄laȝ/exhōtās

illam/ad relinquēduz mūduz. Deſcribēs perpulchre/humāe mutabilitatis vi-
ces/ꝛ ſecularij occupationē eſtus. De decez noībus/qbꝰ apud hebreoſ dr̄ dūs.
Et ſingula noīa/latine exponētis/nonageſſimū pſalmuz: de pſalmo. Niſi dn̄s e
dificauerit domuz. De fide nr̄a/ꝛ hereticoꝝ dogmate. De blaſfemia i ſpm̄ ſan-
ctuz. De collatiōe editiōis Aquille cū hebraycis. Epiſtola etiā i qua victioſam
expoſitionē Rhetij galli/i cātica cāticoꝝ reprehēdit: De onaſio: vbi inuehit cō-
tra detractores ſuos. De ſtudio Theophili epi alexādrini/contra origenianos
gratulatio. In qua epiſtolā de paſchate/ꝛ cōtra ipſam hereſim traductā/ſe dic
ennitere: vt oriētis fidez/athedra petri cōfirmet. Hortatoria: vt vrbez romā de
ſerat/ꝛ i iudeam demigret: vbi ciuitatez ſanctā ꝛ bethleemiticū rus: miris effert
preconijs. Cōtra mōtani heretici inſaniā: qui promiſſionē ſpūs ſcti i ſe dicebat
eſſe cōpletam. Libruz vnuz/proſe/cōtra detractionē ruffini. Cōtra item detrac-
tores/qui euz temeritatis accuſabāt propter emēdationē euāgelioꝝ. De mune
ribus ab ea receptis/binas epiſtolas/gr̄as agēs. De laudibus Aſelle virginis:
vt eius exēplo/alie prouocētur virgines. De exitu lec: cuius ſctām cōuerſatiōez
optime deſcribit. De egrotatiōe bleſille filie ſctē paule. Ad eādez i aduerſis ꝓ
batam: inſtituēs eam ad tollerātiam paſſionuz. Et ad principiaz eius ſodalez
virginez fideliſſimā: ſuper pſalmo Eructauit cor meuz verbum bonum.

¶ De galla placidia Auguſta ꝛ ſctā muliere. cap. cxxxi.



Galla placidia Auguſta/fe
minaꝝ ſui eui optia: theo-
doſij ſenioris ex galla vxo
re filia ſuſcepta/āno/a nata
li xp̄iāo ſexto ꝛ quadrageſſimo ſupra
quadringēteſſimuz/ leone eius nois ꝑ
mo pōtifice Romāo preſidēte: quinto
chalēdas decēbris/apud rauenā vetu
ſtiſſimā iſignēq; Italie vrbē cuz maxi
mo xp̄iāitatiſ titulo migrauit ad xp̄z.
Et i eadez vrbe/ i ſpecioſiſſimo ſacello
miro artificum cura elaborato ꝛ muſi
uo ope depicto/ i ſuperbiſſimo mauſo
leo lapide vnico Marmoreo/ſplēdidiſſime fabrefacto/ eius ſanctuz corpus ho
norificētiſſime/vt ſua iperialis expoſtulabat ſanctitas atq; maieſtas tumulatū
eſt. vbi ꝛ in hodiernuz vſq; diez/eius oſſa ſingulari memoria ꝛ veneratione cō
cernuntur. Mulier certe ꝛ chriſtianiſſima/ꝛ oī preconio/ memoratuq; digniſſi
ma/ꝛ memorabili quidez pietate proſequēda. In cuius plane iteritu/oēs ſimꝉ
virtutes: ꝛ ſalus publica ſui tēporis/ꝛ quicqd boni erat/inter humana reperiri
poſſunt corpora/vno ſue mortis ictu cōcidere viſuz eſt: atq; (vt ita dixerim) di-
midiuz lucis orbi terrarum ademptuz fuiſſe/ſuum quoq; ethera fulgorē ꝑdi-
diſſe plurimi credidere. Erat iprimis chriſtianiſſima hec Auguſta marie fidei/
maximeq; religiōis/ac maioris ſctitatis femina. In qua certe oīs virtutis relu
cebat ſpecimē/formaq; boni/ꝛ decoris ac laudis oīs imago. Nullū tēpꝰ omit
tebat/quod xp̄ianiſſime nō coleret: nullū ve ſine deo viuo ꝛ vero oblectamētū.
Aſſidue nāq; circha imperij gubernationē tā oriētis q̄z occidētis vna cū filio

germaniſqꝫ atqꝫ marito cuꝫ maxima iuſtitia/ꝛ clemētia icumbebat:quod tam bene curauit/tāqꝫ feliciter geſſit:vt oēs/i eius prouidētia plurimuꝫ cōquieſcerent. Erat illi inter terrenas delitias (quib⁹ ſupra moduꝫ affluebat) pro ſūmis delitijs/nō aurū/nō gēme/nō mūdus reliquus muliebris:ſed chriſtiana religio īmaculata deuotio/miſericordia/atqꝫ pietas īmēſa. Et quum eſſet ſublimioris ingenij/ac greci/latiniqꝫ ſermonis admoduꝫ decorata/hiſtorias/ꝛ res diuinas nec nō/ꝛ oīum gētium mores/vite ratiōes/artes/atqꝫ vires adeo callebat/ac illi origo patriaqꝫ:vbiqꝫ fuiſſet. Quātum autē iſe fidei/ſpei/ deuotiōiſqꝫ/ac prudentie habuiſſet/ i illa ſua periculoſiſſima hadriatici maris tēpeſtate mirifice vtiqꝫ demōſtrauit. Nā defūcto eius marito cōſtantio/valētiniāo paruulo filio ſibi relicto:atqꝫ ipſius patruus Honorius quum plurib⁹ imperaſſet ānis/ꝛ a Ciuibus ſuis īfēſiſſime iterfectus eſſet/ipa ſapiētiſſima haud tutuꝫ exiſtimās iter ipios comorari cōciues/ veritaque qua maxime/ ne ꝛ filio ſuo adoleſcenti (cui hereditario iure imperiuꝫ debebat)patrui iuidia noceret/ꝛ experiētia atqꝫ exemplis mirifice edocta/malitie ꝛ iniquitati cedēduꝫ eſſe cēſuit. Unde ꝛ protinus vna cum ipo filio ſuo valētiniāo/ac copioſa familia/i preparatā ſibi claſſem ad Italicas partes ad nauigatura cōſcēdit. Cūqꝫ ex Tracia i hadriatico Mare proſpero perueniſſet nauigio ꝛ curſu/ ſubito ſurgētib⁹ vētis/horrida tempeſtas/celum comouit ꝛ vndas. Diſpergūtur ſtatim ſocie naues/atqꝫ triremes/ ꝛ ſuo impetu varijs vētoꝝ perferūtur vijs. Seuiūt vēti/mariaqꝫ cōfuſa turgeſcūt/miſeramqꝫ claſſem/pene lacerant. Cūqꝫ naute ceteriqꝫ omnes/iam omnem ſalutis ſpem amiſiſſent/ꝛ nihil ſibi/niſi de ſumerſiōis iditiuꝫ expectarēt. Galla placida Auguſta/virago vtiqꝫ chriſtiāiſſima/ītāto oīuꝫ metu:quū vite felicioris itegritas(fiduciā plurimā eidem daret)vniuerſam multitudinē/his dulciſſimis verbis īfracto aīo aloquit. Uideo iquit frēs/ꝛ filij cariſſimi/ac comilitones mei amātiſſimi aīos vr̄os periculi iſtātis timore perculſos/minuſqꝫ ſenſus vr̄os valere vbi iſta per maria vētoꝝ vis iualuit. Nec multuꝫ equideꝫ mirandum eſt/ſi i uobis iminēs piculuꝫ rationē ꝛ cōſtātiam debilitarit/ modo i totum prorſus nō proſternat/cōtūdat/ꝛ quatiat. Moneo itaqꝫ vos cariſſimi mei/ ac maiorem ī moduꝫ rogo/ne eā prorſus a vobis aufferri permittatis. Memētote obſecro:q̄ deus ipe oīpotēs/nos oēs quā maxie rationis capaces cōdidit. Probat eteīm tēptatqꝫ per hāc igruēteꝫ tēpeſtatem nos deus: vt experimēto/ nr̄am fidem/nr̄amqꝫ dilectionē dignoſcat. Uerūtn̄/ipſe vtiqꝫ pius ipſeqꝫ miſericors neminē vltra ſuas vires temptari permittet. Ea igitur dilectiſſimi mei cōſtantes eſtote:ꝛ ex totis cordis nr̄i medulis quum lachrymis/ꝛ obſecratiōibus clamemus/ꝛ ad euꝫ cōfugiam⁹. Uerū qm̄ nr̄a fortaſis demerita apud eūdem talia ſunt/vt orōnes nr̄e adeo minime exaudiri mereant/eius dilectiſſimū diſcipulum Joānez euāgeliſtā/nr̄i pn̄tis naufragij itercelſorem ac liberatorem toto corde expoſtulemus/nihil penitus heſitātes. Pijs ergo lachrimis /vocibuſqꝫ/atqꝫ indubitata fide ipſuꝫ btīſſimuꝫ apoſtoluꝫ Joānem exoremus/depcemurqꝫ/ac ad eius preſidiuꝫ īfracto aīo cōfugiamus/ vt ſua itercelſiōe hāc inminētis ſentētie mortem euadere mereamur. Et ne magnitudo piculi aīos veſtros proſternat: Memētote obſecro/q̄ chriſtus dn̄s noſter/ vnico ſuo verbo/ cōturbatuꝫ ſedauit mare. Hijs atqꝫ alijs plurimis verbis huius ſctē virginis Auguſte/cōfortati ꝛ aīati oēs:ſpem haud modicā iminentis periculi euadēdi

reaſſumpſere. Confortati itaqꝫ ac viribus ſumptis. oẽs vno animo i laudẽ dei linguas reſoluere. Sed ipſa virago Auguſta cui ſanior mẽs metum tẽperabat e veſtigio beatiſſimũ euãgeliſtaꝝ/ his verbis iterpellare cepit: dicẽs. O ſanctiſſime Joãnes/ q ſingulari priuilegio p̄ceteris apoſtoliſ a xp̄o dño noſtro magiſ magiſqꝫ dilectuſ fuiſti/ obſecro te diligẽtes/ iteqꝫ plurimũ ꝯfidẽteſ nũc adiuua: atqꝫ te nũc inuocãtes exaudire nõ recuſes: nec patiaris perire/ qui tibi victuri ſunt: ac ne eos ꝓcella obſorbeat/ qui ſe ꝑpetuo ꝓfitent fore cultores. Sentiant igit tuũ leuamẽ/ qui ſuam ſpem i te vno repoſuerũt. ac ne pelagus ora nomen ſctũm tuũ canẽtia itercludat. O mi ſctẽ deo Joãnes/ opẽ nũc nũc affer miſeriſ/ adiuua nos deſolatos/ nec ſinas perire/ qui per te tãtũ iminẽs naufragiũ euade re idubitato ſperãt Dilecte dei apoſtole/ oro/ ne reſpicias ad demerita noſtra: que per magna vere ſũt: nec quid pro te egimus/ ſed quid actu ſumus attẽde. Ego itaqꝫ miſella peccatrix/ ſi mihi vita/ tua ope ⁊ itercеſſiõe nũc reſeruata fuerit. dignum regia honorificẽtia templum tuo nomini mox hedificabo. Uix illa/ hec erore emiſerat verba/ quũ protinꝰ iuocata beati Joãnis apoſtoli affuit preſentia: qui in ſingulis nauibus ſub humana ſpecie latẽs/ omniũ oculis preſens apparuit. Cuius quidez figura nõ hominẽ/ ſed virtus ſupra hominez idicauit. Cernũt itaqꝫ vniuerſi/ ⁊ quem mẽte tenebãt/ hũc fore Joãnem/ quem tantopere inuocauerãt/ ſua cuiqꝫ ꝯſcientia perſuaſit. Cũctis ergo ſtupẽtibus. ille ſingularum nauiũ armamẽta diſponit/ erigitqꝫ/ ⁊ vela vẽtis accomodata/ demuz i ſingulis nauibus/ nauclerijlocum occupauit. Jnquibus more nauclerij ſedẽs/ mare vẽtoqꝫ ſedatis/ per ſingulas naues cũcta regere viſus eſt/ vſqꝫ dum vniuerſũ mare felici curſu ꝑuolaſſent. Et aũt ab eorum cõſpectibus diſparuit/ ſinguli illico gaudẽtes/ ad ſua nauigij offitia rediere: portumqꝫ proximũ Rauenatũ cõſpiciẽtes/ leti pariterqꝫ intrauerũt. At diua Auguſta/ tãdem diuino munere Rauenam perueniẽs/ a ciuibus ipſis/ maximo cũ honore excepta eſt. Urbẽqꝫ ouãſ introgreſſa/ cõfeſtim vt erat multis bonis ornata/ ⁊ prudẽtia quam maxime ornatiſſima/ tãtum valuit ⁊ effecit apud omnes/ vt oĩum offitijs pro ſua volũtate vſa eſt. Oiumqꝫ moribus ſe ſe applicãs/ q̃ſiuit ſummoꝑe pluſ ab oĩbus amari q̃ꝫ timeri. Et cũ eſſet igenio inſigni/ atq̃ꝫ magnitudie animi ⁊ iuſta ⁊ clemẽs/ ẽt pro ſua virili/ ſtuduit oĩbus fore munifica ⁊ affabilis. Sciẽſqꝫ ad regni moderationẽ/ nihil magis valere/ q̃ꝫ pacẽ colẽ/ ⁊ ipſa ſua inata prudẽtia/ ſtuduit mox ſibi ſuoqꝫ filio Ualẽtiniano/ Auguſto: oĩuz amicitias ꝯparare. Et quũ eẽt rerũ diuinaꝝ humanaꝝqꝫ ſtudioſiſſima/ ſtatim ⁊ Rauene quãmaxime/ ⁊ alibi/ curã ſuſcepit/ nõ ſolum vt ciues iformarent ad bonos mores/ optimaqꝫ iſtituta bene morataꝝ vrbiuz/ ſed ⁊ cultuz diuinũ ea i vrbe ampliauit/ ⁊ ipſaz vrbem pulcherrimis ac ſupbiſſimis edifitijs publicis pariter ⁊ priuatꝭ/ ſuis impẽſis exornauit ⁊ amplificauit/ q̃ qdem edificia/ adhuc ea i vrbe Rauena in pte viſunt. ⁊ quãmaxime eccleſie ac monaſteria. Jn ea p̄terea vrbe/ muroꝝ ambitus iſtaurauit/ ſed ⁊ amplificauit. Sũmaqꝫ adeo cura ⁊ diligẽtia tam ipſa/ q̃ꝫ eius filiꝰ Ualẽtinianus cõſumauit. vt nulluz fere italie nũc vel nouuz vel vetuſtum iueniat illi equãdum. Multis igit ibidẽ eccleſijs cõſtructis/ ad illã tãdem extruẽdam quã beato Joãni deuouerat/ aĩum adiecit. quã ideo aliquãdiu diſtuliſſe creditur: ꝙ maiorez diligẽtiam preſe ferre videbat. Deerat nãqꝫ ea i vrbe ſolidus locus tãto edificio aptus: nec oĩno decernebat/ tãtũ opus/ ſuis benefitijs ac regie

dignitati impar fore. Tādem quum ſapiētiſſimis ſuis ciuibus cōſilio habito/ apud portam que arte meduli vocabat. maximis cum impēſis primuz eccleſie fundamēta vna cū filio Ualētiniano Auguſto iecit. illāq; columnis quatuor ⁊ vigiti marmoreis/ſpecioſiſſimiſq; lapidibus atq; alijs varijſ ornamētis ope re muſiuo/⁊ figuris taxellatis exornauit. Uoluit preterea ipſa ſācta Auguſta atq; mādauit/vt in omni loco ipſius templi/etiā i muſiuo pauimēto/naufragij ſui preſentaret forma: vt ipſius tota operis facies/quodāmodo/ regie placidie pericula loqueret. Illā quoq; ac monaſterium ſuperbiſſimū iuxta cōſtructuz/ innumeris dotauit fundis. atq; multipliciter varijs ornamētis/⁊ vaſis: cum ar gēteis/tum aureis exornauit. Atq; cū plurimas ſanctoruz reliquias eodē ſuo in tēplo recūdidit. que oia certe mulieris deuotionē ⁊ ſanctimoniā preſe ferre vidētur. Completo deniq; iſigni illo/⁊ celeberrimo tēplo/illudq; vna cum filio Ualētiniano Auguſto beatiſſimo Joāni euāgeliſte miraculoſe oi cuz gaudio/ ⁊ religiōe ꝯſecrato. Ex poſt per mille ⁊ eo amplius annis/ſemper illū letiſſimū ⁊ ſplēdidiſſimuz dedicatiōis diez/in ipſo peruetuſto templo diuis laudibꝰ/q̄r to chalēdas Martij ſemp celebrari nō eſt deſtitutum. Inquo diuīe prouiden tie/gratia munereq;/ſandalia dexteri pedis beatiſſimi Joānis euāgeliſte/ huic religioſiſſime ac chriſtianiſſime Auguſte pro ſingulari dono/ab ipſo euāgeli ſta in pōtificali habitu ſibi aparente dōata ſunt. Unde id templū ab ipſo euā geliſta ſic dedicatū/humanis offitijs cōſecrari ampliꝰ prohibituz eſt. Edifica uerat p̄terea hec ſancta Auguſta ⁊ Biſantij varijs in locis/nōnullas eccleſias. atq; regiā domū ſpecioſiſſimāq;/vbi ⁊ oraculum admirabile cū altare/ornatiſ ſimo. qd̄ quidem oraculuz ⁊ altare/vſq; ad Martini eius nomis primi pōtifi cis romani/tēpora/qui fuit i anno ſalutis noſtre q̄nto ⁊ quadrageſimo ſupra ſexcenteſimum p̄ducarūt. Quo quidem Euo/ Paulus q̄daz hereticus Byzāti nus epiſcopus: vt ſuā prauitatem defenderet/id altare ſctūm ſedis apoſtolice/ qd̄ erat in domo huius ſancte placidie ſacratuz/i venerabili ſuo oraculo cum maxima veneratiōe obſeruatuz ſubuertēs diſrupit/ p̄hibens ne adorādam im maculatam hoſtiā apocryſarij ibidē offerre deo valerent nec comuniōis ſacra menta percipere poſſent. Alia atq; alia ſanctiſſime ⁊ feliciſſime geſta narrātur huius viragis faciora. Quibus feliciſſime geſtis/ oium deiceps vite ſue curſū/ in oratiōibus/vigilijs/ieiunijs/ceteriſq; operibus pijs/cum omni preconio con ſumpſit. Quibus quidez artibꝰ/per feliciſſimos reruz exitus/tātaz nō ſolū apd̄ romanos ſuos. ſed ⁊ apud oēs natiōes adepta eſt gratiam/⁊ auctoritatem nō modicam/vt et deo cūctiſq; mortalibus nō Auguſta minus q̄z ſancta videret/ ⁊ diceret. Exiſtimabat nempe oēs huius mūdi faſtus/oēſq; honores/⁊ omnez gloriaz omnino vanitatem ⁊ vmbraz quādā. Solos autez felices illos dicebat/ qui in virtute/deoq;/omne ſuum bonū collocaſſet. Unde ⁊ iugiter humane fra gilitati ſūmopere miſerebat. Fuit ergo hec Placida auguſta/genere/coniugio/ deiq; amore/ac optima ſobole omnium mulieꝝ que vnq̄ fuere/iclita ac clariſſi ma multum. Nā eius iprimis genitor Theodoſius ſenior iclitus ⁊ optimus Auguſtus. Eiuſq; germani Archadiꝰ ⁊ Honorius Auguſti fuere. Ipſiuſ vero fratruellis Theodoſius iunior Auguſtus/predicti Archadij filius: ⁊ quidez omnes ex paterno genere. Materna vo generatiōe refulſit placidia hec clariſſi ma. Quia eius auus valentinianus huiꝰ nomis primus/Galle ipſius placidie

Miraculoſe reliquie ſancti Jo. euangeli.

matris/pater fuit Auguſtus. Ualens item Auguſt⁹ predicti valētiniani frater fuit. Auñculi quoqꝫ Gratian⁹ ⁊ valentinian⁹ eius noīs ſecūdus auguſti extite re. Nupſit deniqꝫ Cōſtātio auguſto ea tēpeſtate ſup oēs iperatores clariſſimo/ ex quo ꝯcepit ⁊ peperit valentinianū ei⁹ nomis tertiū/ viꝫ certe optimū: ac tāte mrīſ xpianiſſime haud ꝺgenerē: quē ⁊ poſt obitū ſuū feliciſſimū auguſtū ſup ſtitem reliqd. Et hec de Galla placidia muliere ſctā/ ⁊ auguſta dicta ſufficiāt.

De Demetriade ſancta virgīe romana. capitulum. cxxxiij.



Demetriades ſeu Demetrias ꝛligioſiſſima chriſti virgo/ quo anno ī affricā diez obijerit ꝑciſe nō habet/ illā aūt poſt beatiſſimū Hieronymum aliquādiu ſupuixiſſe cōſtat. Hec qppe inter romanas quum nobiliſſima ditiſſimaqꝫ ꝯſtaret/ poſt excidiū vrbis/ anno videlicet vigeſimo ſupra q̄dringenteſimum/ dū in aphrica vna cum genitrice auiaqꝫ ſua auffugiſſet/ adeo īſpirata/ ac multis plurimiſqꝫ īflamata ſtimulis/ oēꝫ ſui corꝑis cultū/ ⁊ ſecularē habitū ſcilicet. Aurū/ gēmas/ Sericū/ queqꝫ Monilia/ atqꝫ exq̄ſitas epulas/ necnō ⁊ miniſteria oīa ꝑſtrepentis familie/ q̄ſi propoſiti ſui impedimenta/ cōtemnens ⁊ ꝓ hiciens/ vili ſe tunica ip̄mis īduit. viliorіqꝫ palio (īſcijs parentib⁹) cōtexit. ⁊ ꝑter ſpeꝫ/ ſic mutata ⁊ īduta/ cū maximo fletu/ ad auie matriſqꝫ ſue pedibus/ ſe repente proſtrauit. Quā animi inepte ſic īdutā ꝯſpexiſſent/ tāqꝫ graues femīe obſtupuere tali habitu/ gaudio tū replete ⁊ quaſi attōite extitere ac ſi nō crederēt qꝺ veꝝ optabāt. Cōfeſtimqꝫ heſit vox faucib⁹/ ⁊ iter ruboreꝫ paloremque/ ac metum/ atqꝫ letitiaꝫ quādam/ cogitatiōes varie nutare ceperūt. Quātuꝫ tamē gaudij ⁊ letitie hoc cōuerſatiōis facimus matri auieqꝫ fuerit. aioqꝫ qdem cogitare/ aut ſermone explicare nō poſſet. Certatiꝫ illico in oſculo mater ⁊ auia cū nepte ruūt, vbertim p gaudio lachrymas fundūt/ amplexari filiā nō deſiſtūt. cognoſcentes mēteꝫ/ ⁊ ſuū ꝓpoſituꝫ gratulariqꝫ ſibi ac deo optimo ceperūt: ꝙ virgo filia/ ſua virginitate/ ſuaqꝫ ſctimonia nobilē familiaꝫ: nobiliorē facere cōſtituiſſet. Jd plane maxime exultatiōis in paterna domo fuit. Ex cuius qdeꝫ exēplo/ mox/ maxima ſubſequuta eſt cliētiuꝫ atqꝫ familiaꝝ turba. Per oēs eni domos/ eueſtigio feruere cepit virgitatis profeſſio: quaꝝ/ etſi impar eſſet carnis ꝯditio/ vnuꝫ tū erat caſtitatis premiū: protinus cūcte per affricā eccleſie/ quodā incredibili exultauere tripudio. Nō hoc quidē propoſitū/ hecqꝫ profeſſio ad vrbes/ oppida/ viculoſqꝫ tātuꝫ circūſtantes/ ſed ⁊ ad omnes inſulas que inter affricā italiāqꝫ ſunt/ hec celebris fama penetrauit. atqꝫ hoc rumore replete ſunt. Tūc (vt ita loquar) Roma lugubres veſtes mutauit/ ⁊ eius ſemiruta menia priſtinū ex parte recepere fulgorem: propitium ſibi exiſtimātes dominū/ in alumne ſue cōuerſionem. Penetrauit etiam hic ſanctus rumor ſue profeſſionis ⁊ ardoris crucis chriſti/ orientis littora: atqꝫ etiam triumphus chriſtiane glorie/ in mediteraneis vrbibus mox auditus fuit. Omnes enim chriſti virgines/ atqꝫ alij pro

miſcui ſexus plurimi/ſe ſe iactabantur/de ſocietate huius ſancte virgis:beatūqꝫ clamabāt Juliane matris vterū que talē ac tātum protulerit fructum. At mater ⁊ auia femine ſanctiſſime/ex ac filie ſue virginis conuerſiōe geſtiētes. qcqd ab ipſis pro ſuis nuptijs preparatum fuerat/eidē omnino detraxere nihil/ymo omnia hilari tradidere aīo:ne ſuo celeſti ſpōſo iniuriā facere viderētur. Verū vt dotata priſtinis opib⁹/ad ipſum ſuum ſpōſuꝫ liberius accedere poſſet/⁊ ipſa ꝙ in rebus mūdi peritum erat/ſeruorū dei inopiā ſuſtētare propoſuit. Nā hec chriſti tyrūcula probaꝫ maiorum ſuorū familiā(ſic enī ipſa ſua familia erat appellata)que oīum vrbis Rome dignitatuꝫ ſemp principatū obtinuerat/multo illuſtriorē efficit/q̄ꝫ alia quecūqꝫ cōſulat⁹ dignitas efficere potuiſſet. Cuius ſanctitas/⁊ in vniuerſo mūdo effuſa bonitas/ēt apud īfideles barbaros venerabilis fuit. Quādo autem ī ſeculo erat/iam iā matura viro:que ſeculi erāt/magnopere diligebat. vt polire faciem/illāqꝫ purpuriſſo ⁊ ceruſa depingere/ crinē ornare ⁊ cōponere/⁊ alienis capillis turitū verticem ſtruere:⁊ alia cū plurima huiuſmodi facere:inqbus ſtudijs matrone ſemp inſanire conſueuere:At poſtquam diabolo/⁊ ſeculo/ac pōpis abrenuntiauit/vt fedus qd pepigerat/ad vnguem ſeruaret/quū legiſſet illud euāgeliuꝫ dictum. Ecce qui molibus veſtiūtur in domibuſ regū ſunt:mox quodā animi ardore/etiā īcitata matris auieqꝫ exemplis:imprimis fuſcā(vt predictuꝫ eſt)veſtē/⁊ aſperimas veſtes ad carnē induit. ⁊ alijs delitijs/ac plumarum molitie aſe reiectis/nudam humū/pro delicatiori ſtrato ſibi delegit ⁊ orationibus atqꝫ ieiunijs iugiter vacās/iugibus etiā faciem rigabat lacbrymis. Saluatoris miſericordiā genibus prouoluta deprecans/vt ſuū dignaret recipere propoſitū:atqꝫ ita in tali ardore/vſqꝫ ad vltimā ſenectutem ipſam pducere dignaret. Qv ⁊ factum eſt. Nam ⁊ vſqꝫ infinem vite ſue cum omni humilitate/modeſtia/grauitate/innōcētia/⁊ parentum ſubiectione vitam trāſegit innocētem/declinans omnem mundanum riſum/ prauaque eloquia atqꝫ omnino omnes animi perturbationes. Et quum eſſet litteris tā grecis q̄ꝫ latinis nō mediocriter erudita:vt quecunqꝫ vitia ⁊ peccata deuitare omnino poſſet/die noctuqꝫ ſtudijs ſacrarum litterarum ac ſanctorum doctorum documētis ſtudioſiſſime īcumbebat. Hāc obrem a plurimiſ viſitabat ⁊ epiſtoliſ ⁊ tractatib⁹/⁊ quāmaxime a diuo patre Auguſtīo/ſanctiſſimoqꝫ Hieronymo/ qui eam in huiuſce rebus diuinis/atqꝫ Julianā matrem eruditiſſimā perſepe inſtruebat/de vita/de morib⁹/⁊ ad ſctūm virginitatis propoſitum cōſeruāduꝫ: atqꝫ ad gloriam acquirēdam. Fuit igit hec ſanctiſſima virgo chriſti Demetrias/nobilitate ac diuitijs in vrbe Roma prima:ī ſummoqꝫ loco nata/ vt pote/ex illuſtri proborum ⁊ Olibriorum familijs clariſſimis. Cuius genitor Olibri⁹ quū immatura morte ſubtractus fuiſſet/Roma vniuerſa cōgemuit. Vir certe/inter patricios affabilis/⁊ amabilis/qui ⁊ a pueritia ꝯſul dilectus omnibus extitit. Sed ⁊ ipſa eius mors eum vtiqꝫ felicem feciſſe dicere auſim/ꝙ non permiſerit illum patriam videre corruentem. Mater vero Juliana/matrona ſane omnib⁹ virtutibus/tam diuinis q̄ꝫ humanis plurimum inſignita. Cuius vita certe/virtutis forma erat. Que vna cum filia ⁊ auia/ad patrem Auguſtinum viſcenduꝫ in Hypponem ardentiſſime acceſſit. aquo ⁊ multa ſalutis monumēta precepit. Ad hanc virginem diuus Hieronymus ex oriente in africam ſcribens/iter cetera eius documenta/inquit. Ama cariſſima in chriſto filia/ſacras ſcripturas/⁊

ſapientia amabit te: dilige eam/⁊ ſeruabit te/ honora illam/⁊ amplexabitur te. Hec quippe Monilia tuo in pectore/tuiſqꝫ auribus ſemper hereant.

De ſancta Demetria virgine ⁊ martyre. capitulum. cxxxiiij.

Demetria alia romana virgo ⁊ martyr fuit. que ſub Juliano apoſtata principe/pro chriſto rome martyrio coronata eſt. Nam quum ante Julianuʒ impijſſimum introducta fuiſſet/⁊ crudeliſſime verberata/tandem in confeſſione perſeuerans/ad vltimum decimo chalendas Julias ſpiritum deo emiſit.

De ſancta Euſtochio virgine romana. capitulum. cxxxv.



Euſtochium diue Paule matrone romãe filia/⁊ ſuauiſſimus virginitatis flos/ac decus/anno a natiuitate chriſti trigeſſimo ſupra quadringenteſimũ/poſt mortem ſanctiſſimi ſui patris Hieronymi/⁊ ipſa apud Bethleemiticum oppidum/felici dormitiõe/quieuit in pace. Hec namqꝫ tãte mulieris Paule filia/⁊ heres in omnibus vtiqꝫ extitit/a qua quideʒ ſancta genitrice atqꝫ a Bleſilla germana(de quib⁹ ſupra) nequaquã degeneraſſe viſa eſt: quin/⁊ omnibus earuʒ virtutib⁹/virginitate adiecta/perſimilis fuit. Cuius iter cetera tm̃ deo placuit/ipſa ſua humilis abiectaqꝫ virginitas/vt cum bencetij eius patrui imperio abiectionem ipſius/equo nõ ferrentis animo: proteſtata vxor eius cultum ⁊ neglectum caput mundano more mutaſſet: illi nocte ſequenti per viſum angelus apparuit/terribili aſpectu/dentibus hec verba infrendens. Peſſima feminaruʒ nunc tibi tue execrabiles manus exareſcent vt ⁊ preſentes/ac future mulieres/tuo exemplo euadant cautiores. ⁊ facile perpendere queant/q̃ꝫ abominabilis ſit deo/mundanum ⁊ exceſſiuum ornamentum ⁊ veluti/non ſatis tuo cruciatu/expiatum ſcelus: ⁊ maritum ⁊ filios repentino interitu perdes. Fuit itaqꝫ hec ſacratiſſima virgo/ad ſue ſancte genitricis Paule imitationem imprimis ſingulari humilitate/⁊ alijs virtutibus/pariter ⁊ litterarum taʒ hebraycarum/grecanarumqꝫ/q̃ꝫ latinaruʒ ſtudijs plurimum iſignita. Et adeo ipſa anime ornamenta/mundialibus ⁊ corporalibus propoſuit vt nihil vnq̃ꝫ pretermiſerit/quod ad decus maternum/gloriamqꝫ ſummi dei creatoris ⁊ redemptoris ſui conducere videretur. Unde ob hoc/tantam ſibi vendicauit famam: vt ſuo tempore/vniuerſo orbi/ſanctimonie ⁊ honeſtatis prodigium pene appellaretur. Et idcirco ipſa ſua genitrix/cum ceterorum filiorum amoreʒ propter deum contempſiſſet/in hec ſola gnata/ que ⁊ propoſiti/⁊ nauigationis ad ſacratiſſima domini noſtri ieſu chriſti loca comes eius eſſe volebat/tantummodo acquieuit. Que admodum adhuc adoleſcentula/nobiliſqꝫ ac delicata/quuʒ prius Eunuchorum portaretur manibus/quodam incredibili ardore ſuccenſa/⁊ ipſa Aſello humili ſedens/vniuerſa ſacra domini noſtri loca/cuʒ reliquis

virginibus peragrauit/inuiſitq3/ac perluſtrauit: donec ad ſanctam Bethleem perueniſſet. vbi ꝛ ſtatione firmata/totum ſue vite curſum feliciter conſumauit. Equidem eius ingenio docilius nihil: nihilq3 diuinus/ quod plane totum ſacris dedicauit litteris. Et propterea nunq̃3 de manibus eius ſacra exhibãt volumina. quinymo eius iugiter terrebant genua. Eam obrem/ diuus Hieronymus ad ipſius petitionem nouum ꝛ vetus tranſtulit teſtamentum/ atq3 plura edidit opuſcula que vulgo feruntur que omnia ipſi ac matri dedicauit. Hebream inſuper per difficilem linguam vna cum matre/ita apte atq3 perfecte didicit/vt pſalmos abſq3 vlla lingue latine proprietate ꝛ reſonãtia hebrayce/ꝛ legeret/ꝛ caueret. Eodemq3 modo/nouerat grecum ſermonem/ita vtſi grece loqueretur/latinum eam neſciſſe quiſq3 putaſſet. Matrem autem ſuaz ſemper ex corde/non ſolum dilexit/ſed ꝛ filiali amore maiorem in modum amauit: eidẽq3 ſemper inheſit/atq3 eius imperijs adeo obediuit/ vt etiam abſq3 ea nunq̃3 cubare vellet/nunq̃3 oraret nunq̃3 procederet/nunq̃3 deniq3 cibum ſumeret/etiam ne vnum quidem numum ĩ ſua poteſtate habere vellet. ſed ꝛ paternam ac maternam ſubſtantiam omnem a matre diſtribui pauperibus letabatur. ꝛ pietatem in parentem hereditatem maximam/ꝛ diuitias in chriſto credebat. Deniq3 quum ipſa ſua venerabilis mater in mortis langorem ĩcidiſſet/eius filialis pietas in ipſa magis magiſq3 comprobata fuit. quia vſq3 quo e vita demigrauit ab ea nunq̃3 diſcedere voluit/ymo eius ſemper lectulo ĩherere/atq3 oĩa pietatis offitia circa illam exercuit. Et licet alie cum plurime chriſti ancille eidem iugiter aſſiſterent ipſa tamẽ/ſi quid benefitij alie in matre cõtuliſſent/de ſua mercede ſubtractũ fuiſſe exiſtimabat. Quib⁹ illa lamẽtis/ quibuſq3 gemitibus ꝛ precibus inter iacẽtem matrem/ꝛ ſpecum domini diſcurreret/ne tãto priuaretur contubernio/ennarare difficilimum foret: poſtremo quum vltimũ reddidiſſet ſpiritum. Ipſa venerabilis virgo/quaſi ablactrans/mox ſuper ſanctuz corpus/ſe ſe totam effudit. atq3 illud ĩcredibili amore complectẽs modo vultum/modo oculos/ꝛ cetera corporis membra oſculari nõ ceſſabat/nec inde extrahi poſſe videbatur. qnymo/magno heyulatu cũ ea ſe ſepelliri expoſtulabat ꝛ clamabat/atq3 rogabat. Teſtis eſt dñs ieſus quia nec vnũ quidez numuz eidez a matre derelictuz fuit. Uez tamẽ in ipſa ſua paupertate ꝛ egeſtate in dño plurimũ ꝯfidẽs/vſq3 ad mortem/ita ſecura gaudẽſq3 ſtetit. ac ſi magna hereditate dotata fuiſſet. Qm̃ eius partem dominuz vtiq3 exiſtimabat. atq3 eo magis gaudebat/ſciẽs ſe vna cũ matre pp ĩmaculataz xp̃i ſeruitutẽ fore a dño quodã martyrio coronãdam. Atq3 ita/ꝛ ipſa vſq3 ad diez mortis ſue nõ eſt reuerſa in Caldeam/hoc eſt Romã/ſed choris ſemper comitata virgineis/ cuius eſt effecta paradiſi/ꝛ de paruula Bethleẽ/celeſtia regna tãdem/lilijs coronata cõſcendit. Sed neq3 poſt obituz ſctẽ huius genitricis paule ꝯſtat diuũ Hieronymũ quũ ꝛ ipſe admodũ ſenio cõfectus eſſet/aliquã epiſtolã aut tractatũ huic ſctẽ virgini Euſtochio frediſſe/niſi libellũ tãtũmodo/de ipſius viragis paule vita/ ac rebus geſtis. Utpote hũilitate/ꝯtinẽtia/profuſa clemẽtia/fide patiẽtia/ordineq3 monaſterij/atq3 ad extremũ/de eius felici exitu illã exortaſ. Demuz ad petitionez ſuã/extremo ſenio iaz ꝯfectus. Regulam ꝛ modum viuẽdi per capitula diſtinctam/ pro ſe ꝛ ceteris virginibus/cum ea comorantibus compoſuit. Que ſic incipit. Tepeſcentes.

¶ De ſancta Urſula virgine ⁊ martyre. cap.cxxxvi.



Vrſulam virginem ⁊ martyrem. Illuſtriſſimi originis/ ⁊ celebris ingenij feminam Britanicam/ in anno domini quinto ⁊ quiquageſimo ſupra quadringenteſimum/ cuꝫ vndecim milibus promiſcui ſexus chriſtianis/qui omnes virginum nomine apellantur/ apud coloniam inſignem Germanie vrbē/ab hunis Sithicis/ impuriſſimis/ ſceleſtiſſimis / ſilueſtribuſqꝫ populis/ ſub Attilla Rege militantibus/ glorioſiſſimum martyrium/ pro chriſti nomine pertuliſſe/compertum eſt. Que etſi ſanguinis fulgore/ ⁊ igenti corporis pulchritudine / locum inter claras mulieres/ſibi aliquod magnum fulgoris nomen queſiſſe forſitam videatur: longe magis / non ob feruidum tantūmodo fidey ⁊ virginitatis amoris in deum: quo vt plurimum ſacre chriſti virgines vtuntur/ſed ob meritum inſignis eiuſ audatie ⁊ prudentie/in tot tantiſqꝫ ad ſe congregandis eccleſie prelatis/nobiliſſimiſqꝫ regijs ac alijs filijs: ⁊ matronis/ atqꝫ filiabus virginibus occupaſſe cenſet. Quod ne videatur/a calamo noſtro ſurreptum/paucis explicandum eſt. Hec Mauri cuiuſdam Britonuꝫ chriſtianiſſimi Regis ex Demetria eque chriſtianiſſima/ ⁊ deuotiſſima vxore ſuſcepta/ filia fuit. Cuius ingens ⁊ incredibilis prope corporis ⁊ oris pulchritudo/ ⁊ cetere virtutes/necnon/ ⁊ animi magnitudo / quum ad noticiam Anglorum potentiſſimi regis delate fuiſſent/illico in huius ſacrate virginis amore aductus eſt: ⁊ ſe ſe per beatum exiſtimare cepit/ ſi talis ac tanta virgo ſui vnigeniti filij copularem coniugio/atqꝫ ipſe eius filius idemptidem in amorem/eius egregie formoſitatis adeo tractus eſt: vt nil iam preter illam ſibi carum aut delectabile (in tanto ſuo regno) arbitraretur: ⁊ ſic dum pater ⁊ filius vrerentur/oratores ſolemnes ad Maurum regeꝫ virginis patrē miſerūt/ qui eādeꝫ virginem/ ⁊ blanditijs ⁊ promiſſiōibus in coniugeꝫ pro tanto regiſ filio expoſtularēt adijcientes minas/ſi ad eoſdem dn̄os ſuos vacui redirēt. Rex autem ſuſceptis oratorib⁹/nō minime anxiari cepit/plurima ſecuꝫ pertractans. Tum quia filiam chriſti ſignaculo inſignitam/indignuu duceret imprimis Idolorum cultori cōiugio copulare veritus quoqꝫ ne/ ⁊ ipſa vllo pacto aſſentiret: tum deniqꝫ quia ipſius regis formidabat potētiam. At ipſa diuino ſpiritu ſuffulta: trepidanti genitori/ſuaſit.vt poſtulatis aſſenſuꝫ preſtaret. Ea tn̄ cōditione appoſita: vt rex ipſe Anglorum cum patre ſuo/decem ſcelectas virgines/ ſibi ad ſolatium contraderet: ⁊ tam ſibi quam predictis decem ſcelectis clariſſimis virginibus mille alias virgines domicellas aſſignaret: ⁊ pluribus comparatis Triremibus triennij indutias ſibi cōcederet: ad ſue virginitatis dedicationem ex more regio celebrandam. Intereaqꝫ ſponſus ipſe de fide chriſti ſufficienter inſtructus baptizaret: ſapiētiſſimo eqdē vſa cōſilio/vt vꝫ aut difficultate cōditiōis propoſite/eius animuꝫ ab huiuſmodi cōiugio auerteret: aut tali opportunitate/ipſas

virgines vna ſecum chriſto dño noſtro dedicaret. At iuuenis nimio iam ardo
re virginis icenſus/ipſa conditione lubēti aīo accepta/apud patrem īſiſtere ce-
pit/vt protinus baptizaretur/cunctaꝫ que ſacra virgo propoſuerat:fieri impe
trauit. Pater autē puelle quā vnice diligebat:iſto iterim deſtiauit Eunuchoſ
graues viros alios que proceres plurimos:quorum ſolatio ⁊ auxilio/tam ipſa
q̄ꝫ eius virginalis exercitus indigeret/ ſuo haberet incomitatu. Undiqꝫ igitur
virgines:vndiqꝫ viri ad tam preclarum ſpectaculū concurrūt. Erat autem hec
preclariſſima Regina vrſula preter eximiā corporis pulchritudinē multorū
idiomatum ⁊ linguarum egregia eruditione plurimum inſignita. Loquebat
etenim cum opuſ eſſet adeo expedite/in quacūqꝫ idiomate īterogaretur:vt ſo-
lum illam linguam ſapere videretur. Unde cum neceſſitas incumberet/⁊ or-
natiſſime loquebatur/⁊ rurſus tanq̄ꝫ virgo verecunda tacebat/quum locus re
quireret. Et cum/a natura noſſet/maximam in eſſe i oratione vim/ad concitan-
dos/nō modo homines:ſed ⁊ omnes animi motus ſedandos:ſumma vigilan
tia eloquentie incumbebat. Et quum latinitatem perpulchre calleret/etiam in
dicendo effulſit diſertiſſima. Quantum autem momenti ipſa eius habuerit co
pioſa ⁊ elegans oratio/ad ſuadendum accomodata: cum alijs rebus in pluri-
mis:tum in hoc maxime demonſtauit:quum tot tanteꝫ ex omni natione virgi
nes a chriſti fide aliene/chriſto per ſuam predicationem lucrate ſint. Quantū
vero fuerit eius diſerendi pondus/ quantus torrens: quanta vis/quantus ve
impetus in illo ſancte virginis ingenio:vel hinc intueri licet/ꝙ ⁊ imprimis pan
tulum Baſilienſem epiſcopum virum optimum eruditiſſimumꝫ ad ſe attra
xerit/⁊ Romam vſꝫ conſociatus fuerit/indeꝫ rurſus cum ea regreſſus mar-
tyrij palmam cum ipſis percepit. Indeꝫ ⁊ romanum pontificem maximū:Car
dinales non nullos plurimoſꝫ ſanctos eccleſie Antiſtites doctiſſimos/ atqꝫ e
thereum Anglorum regis filium ipſius ſancte virginis ſponſum/ ⁊ ira iam in
ipſam extuantem atqꝫ alios innumerabiles prope nobiliſſimos iuuenes/ atqꝫ
ſanctam Geraſinam ſcycilie Reginam matris ipſius ſancte Urſule germanā
cum quattuor eius filiabus Babilla/ Juliana/ Uictoria ⁊ aurea/ atqꝫ paruulo
ſuo Adriano filio/qui amore ſororum ſuarum/ vltro ſe peregrinationi ingeſſit/
relicto regno in Britaniam.vſꝫ viſcendi ⁊ audiendi eam adnauigauit. Atqꝫ
ita factum eſt:vt plurimi eam quam animo/iam condemnabant/ floccipende-
bantꝫ/tanq̄ꝫ inſanam ⁊ amentem/ cogerentur vel inuiti ipſam ſequi/atqꝫ eius
peregrinationi concomitari. Ita eius ſanctiſſima ⁊ ardentiſſima documenta
omnes comouit:vt perinde/atqꝫ ſui pene in memores/ per totius corporis cō
quaſſationem/propoſitionibus (quas diu ſecuti fuerant)abiectis:contra perti-
nacem illam ſue gentilitatis ſententiam/eam mirifice laudarent extollerentꝫ:
quam non iniuria oderant. Quid dicendum eſt de predicto Erithreo ſponſo
ſuo illo illuſtriſſimo cum eius genitrice atqꝫ Florentina virgine ipſius ſponſi
ſorore atqꝫ Marcello Grecie Epiſcopo doctore ⁊ oratore cōſumatiſſimo:quos
omnes ita ſuis deflexit epiſtolis/atqꝫ placauit ⁊ allexit/ac in ſuam traxit ſenten
tiam:vt ipſos quos in ſuum Innocentiſſimum ſanguinem diſtinxerant mu-
crones/ ⁊ iam pene vibrancant percuſſuri/ eos obſtupefacti/ omni cruore
vacuos/ in vaginam remitterent/ ſed etiam ad martyrium vtro ſe expone-
rent. Juxta igitur conditum Triremibus preparatis ⁊ ſumptibus ad ſu-

bꝰ ad ſuſtentationē virginuȝ/⁊ vniuerſi exercitus copioſiſſime nauibꝰ ipoſitis Vrſula regina ſuis comilitonibꝰ/ſui cōſilij ſecretuȝ reuelauit/⁊ eoſdem oēs in nouam militiam iure iurādo aſtrinxit. Quippe modo boni/noua prēludia inchoarunt/curendo ⁊ hinc ide diſcurēdo. Interdū bella ſuſcitando/pleruūqȝ fugam ſimulādo. Omniqȝ ludoꝝ genere/eaſdeȝ virgines recreare ⁊ exercitare ſtudebat/nihil oīno relinquēs/itactum qđ aio fiēdum occureret. Aliquando eīm meridie/aliquādoqȝ veſpi/ad naues retificate reddibāt ꝟgines. Quam obrem illud apoſtolice vocis iſigne i beata vrſula virgina celebrādum veniebat. Uolo autem vos oēs virginē ſanctaȝ exhibere chriſto: qn̄ aſtitit Regina adextriſ coꝝ in veſtitu deaurato circūdata varietate: qua quideȝ veſte polymita/⁊ multarum virtutuȝ diuerſitate cōtexta/reguȝ filie tunc vtebant. Unde ⁊ ipſa ſponſa letabatur/dicens. Introduxit me rex i cubiculuȝ ſuuȝ. Reſponditqȝ ſodaliū chorus. Omnis gloria ⁊ filie regis itrinſecus. Sȝ ⁊ vrſule ſancte oꝛo/aliquid emolumenti dabat. Queādmoduȝ pugilluȝ fortitudo clamoribus icitatur. Paratas aūt ad prelium virginuȝ acies/actoſqȝ mucrones eius ſuaſio/tanqȝ iperatoris accendebātur incredibilis quippe animi fortitudo diue vrſule erat/vt pote itra gēmas ⁊ ſericum/inter Eunuchoꝝ puellarūqȝ catheruaſ/⁊ miniſteria perſtrepētis familie/⁊ molliciem plumaꝝ atqȝ exquiſitas epulas quas regia ⁊ paterna domus affatim prebebat/appetiſſe peregrinationeȝ/ itineris laborem/ ⁊ maris eſtum celli procellas/barbaroꝝ perfidias ⁊ hoſtium iſeſta/atqȝ perſequētiū manus pp caſtitatis virginitatiſqȝ cōſeruande amorē. Legerat eni domini verba ad Abraam dicētis. Egredere de terra tua/⁊ de domo patris/⁊ vade i terram quam mōſtrauero tibi Eſtuabat chriſti tyruncula/⁊ genibꝰ ad terram aduolutis lachrymis ſaluatoreȝ exorabat: vt ſuum dignaretur recipere ꝓpoſitum: ⁊ ſuum ipleret deſyderium: vt oīum virginum comitum ſuarum illuminaret ⁊ molliret ſpm̄. Penetrauit hic vrſule rumor occidentis littora/⁊ i mediterraneis vrbibus chriſtiane glorie triumphus auditus eſt. Confluebant nō modo virgines femineqȝ/ſed ⁊ principes proceres quoqȝ ⁊ primates ꝑ turmas ad hoc tam grande ſpectaculum/ ⁊ omnes admiratione gaudioqȝ replebātur Omnes quippe virgines tam gentiles qȝ chriſtiane huiꝰ ſancte ſocietatis plurimum ſe iactare dicebantur. Omneſqȝ eiuſdem virginis/matris vterum benedicebant. Atqȝ ita ipſam/hominis ſponſam/quam tantum vna prouintia Britanica nouerat: virginem chriſti factam totus mundus agnouit. Inde volens Nota. ſanctas ⁊ ſimpliciſſimas comites virgines chr̄o lucri facere. Ipſaſqȝ inſtituere/decernens/plurima eiſdem tradidit documenta ſeruanda primumqȝ eis ſtudium eſſet: cognoſcere deum/⁊ dominum Ieſum chriſtum eius vnicum filiuȝ/ atqȝ eius ſcire voluntatem: ⁊ quid ei placeat: quid ve diſpliceat: diligenter animaduertere: vt ſecundum apoſtolum paulum rationabileȝ deo reddant obſequium: totumqȝ vite earum curſum/ex ipſius poſſit ordinari ſententia. Impoſſibile inquiens deo chriſtianorum/quēqȝ placere: cui quid placeat ignorat. Fieri qȝ poteſt: vt etiam obſequendi voto offendat: qui quō obſequēdi debeat: ante non didicit. Et vt maius eſt: voluntatem domini facere qȝ noſſe. Ita prius ē noſſe qȝ facere. Illud enim merito precedit/hoc ordine: vnde beatus paulus dicit. Qui ignorat/ignorabit. Scitote igt cariſſie ſorores/iſcripturis diuis: ꝑ qȝs Nota. ſolaſ qlibȝ ſaluādus plenā pōt dei itelligere volūtateȝ/quedaȝ ꝓhiberi quedā

precipi/cōcedi aliqua/nōnulla ſuaderi. Prohibētur igitur chriſtiāis mala/pre cipiūt bona/cōcedūtur media perfecta ſuadētur. Jn duobus illis ſorores cariſ ſime que priori loco ſūt a me exarata: peccatuz omne cōcludit. Jn vtroqʒ eiz di nr̄i cōtinetur iperiuz/ꝛ nō ſoluz precipere/ſʒ ꝛ prohibere ipm̄: iubētis eſt. Ge neraliter nāqʒ chriſtianoꝝ lex/mādatur oibus iuſtitia: quam ſaluator i Euāge lio breuiter qdē/ſed pleniſſime cōprehēdēs/ait. Quecūqʒ vultis vt faciāt vobis hoīes bona: hec ꝛ vos facite illis. Hoc eſt vt nihil mali iferramus alijs ꝛ pre ſtemus oīe qđ bonum eſt. Quia volumꝰ/ hoc ab alijs i nos vtrumqʒ ſeruari. Hec itaqʒ ſētētia equo iure precepti: vniuerſos oīno tenet chriſtiāos: nec vlli/ etiam oīno/trāſgredi licet: quod oībus imperatum eſt. Apertuſqʒ cōtemptus dei eſt: vel facere prohibita/vel iuſſa nō facere. His ꝛ alijs ſancte. Urſule virgi nis documētis/vniuerſe virgines permote: ꝛ docte/ i chriſtuz credidere/ꝛ bap tiſmi ſacramētum omnes percepere. Quibus baptizatis/ꝛ i Nauibus aſcenſis ſub vnius dei ſpacio/vēto proſpero flante/ ad quēdam galliarum portum/qui Tyella nūcupatur atqʒ inde tādem Colloniam per Rheni fluminis alueum/de uenere. Ubi ſancte virgini Urſule Angelus domini apparēs/predixit eas inte gro numero omnino iſtuc reuerſuras/coronaſqʒ martyrij ab hunis perceptu ras. Jnde igitur ad Angeli admonitionem digreſſe/romam verſus adnauigā tes Baſillienſem nobilem germanorum vrbem applicuere: ibidemqʒ Trire mibus relictis/Romam pedeſtres omnes cōceſſerunt. Earum enim i vrbe ro ma introitus quadam admirabili religione triumphalis ꝛ inauditus pene ex titit/atqʒ omnibus fuit miraculo. Tantus etenim circha hanc Reginaz eiuſqʒ Comites fuit ordo/diſpoſitioqʒ pulcherrima ac religioſa incedēdi/vt omnium intuitus ad ſe conuerterint. Nemo earum virginum/niſi uel amictu decoro/re ſolutiſqʒ per ſcapulas crynibus/induta erat. Non publicus vicus vllus/nen forum/nō porticus/nō feneſtre deſuper capere poterant proſpectantes. Ab ſpe ctaculi deuotione/plurimi nedum ſecularium/ſed ꝛ ſanctiſſimorum Epiſcopo rum/ꝛ Cardinalium/quaſi attoniti abierunt. Cyriacus autem maximus tuz ro mane eccleſie pontifex natione ꝛ ipſe Britanicus/ in aduentu ſanctiſſime virgi nis Urſule inumerabiliumqʒ ſociarum eius virginum plurimuz/gauiſus eſt/ ꝙ inter eas/nōnulle intereſſent ipſius cōſanguinee. Unde ꝛ ipſas honoris gra tia/cum vniuerſo romano clero reuerenter excepit/ nutriuit/ꝛ per biennij tem pus omni cum diligētia ꝛ cuſtodia ſuſtentauit: ac pauit: atqʒ de omni chriſtia ne veritatis documento/illas accurate ꝛ diligenter iſtruere fecit: ꝛ que iter ipas minime baptizate fuiſſent/baptizauit. Quadam autem nocte pontifex in viſio ne diuinitus premonetur eum/cum ipſis ſacris virginibus martyrij palmam fore precepturum. Captato igitur tempore (anno videlicet ſecundo ab aduentu ſanctarum virginum) pontifice Cyriaco ſynodo congregata/que ſibi/a domio reuelata fuerant/reſeruauit. Coramqʒ omnibus/ꝛ dignitati ꝛ offitio ceſſit. Sʒ quum omnes collegij patres in eum mirabundi reclamarent: dicerentqʒ tur piſſime delyrare/ꝙ pontificiam generalis eccleſie gloriamqʒ renueret/ vt poſt quaſdam fatuas mulierculas ſubſequeretur: ille nullatenus coruz reclamatio nibus acquieſcere voluit: ſed Antherū pontificē ſibi ſuffectū/ꝛ papā declaratū eas virgies (ꝛ ipſe virgo) vſqʒ ad martirij coronā ſubſecutꝰ eſt. Uez ꝙ/ↄtra pa trū volūtatē dignitati ꝛ pōtificatui ceſſit/in pontificū cathalogo poſitus minie

Nota.

fuit omnē quoqꝫ grām quam beata vrſula ⁊ ſacer ipſe virginuꝫ chorus a Ro
mana curia obtinuerat/cōſecutaqꝫ fuerat:eam obrē/omnē prorſus ꝑdidit. Ma
ximus ꝟo ⁊ Aphrican⁹ peſtiferi īfideleſqꝫ Romāe militie ꝓncipes/vidētes tā
tā ꝟginuꝫ ⁊ populoꝝ frequētiā/quodqꝫ mlˈti ac multe quodā miraculo ducti/
ad ipſas cōfluebāt:ſubuerti/ne ꝑꝑ eaſdē/nimiuꝫ chriſtiana religio excreſceret:
per īternūtios ſecreto/ī Germaniā iulio hunoꝝ principi/eoꝝ cognato q collo-
niam obſidebat/ſignificarūt/de virginū illuc aduētu:vt educto cōtra eas exerci
tu/ipſas oēs tanqꝫ chriſtianas cū Coloniā nauigio applicarēt trucidaret. Bea
tuꝫ igitur pōtificē Cyriacuꝫ/cū nobili illa ꝟginū multitudine ex vrbe egrediē
teꝫ/vincētius ꝑſbyter Cardinalis ⁊ Jacob⁹ Antiochen⁹ patriarcha natiōe Bri-
tāic⁹(q Romā tūc viſcēdi ⁊ ſalutādi pōtificis maximi grā venerat) ⁊ ſacraſ ꝟ-
gines ſubſecuti ſūt. Mauritius quoqꝫ leuicanie vrbis Eps optim⁹ vir/Babilie
⁊ Juliane auuūculus:necnō ⁊ Solarius lucēſis atqꝫ Suplitius Rauenatus
epiſcopi/q tunc Rome erāt predicte mlˈtitudini ſctēqꝫ ſocietati adheſerūt. Eri-
threus ꝟo ſctē Vrſule ſponſus ī Anglia cōſiſtēs ⁊ ipſe per angeluꝫ in viſione/
monetur/vt genitriceꝫ ſuaꝫ īprimis adhortaretur chriſtianā fieri deinde ſpon-
ſe ſue obuiā eat:vt cum ea martyrij coronā percipiat. Eius quippe genitor rex
primo āno quo chriſtianitatis tituluꝫ acceperat mortē obijerat. Jpſe autē ī re
gno ſucceſſit. Cum auteꝫ ſacre virgines cū pontifice Romano alijſqꝫ plurimis
ſanctis Epis/⁊ ſacerdotib⁹/e Roma Baſileam repeterent. Quibus diuinis mo
nitis acquieſcēs/Matrem ſuā ilico baptizari fecit:atqꝫ cū ipſa/⁊ florentina vir-
gine/ſua paruula ſorore iam diu chriſtiana/necnō/ ⁊ ſancto quodam Epiſcopo
nomine Clemēte/ipſis virgiuibus ⁊ ceteris obuiās/ ad martyrium in trepido
aīmo ſe conſociauit eiſdeꝫ. Marculus autē quidam Gretie Epūs/neptiſqꝫ ſua
Conſtātia/Dorothei Biſantini impatoris filia/que nup cuidaꝫ Adoleſcēti cu-
iuſdam regis filio nupſerat/ ſed ante nuptias morte preuēto/virginitateꝫ ſuaꝫ
dn̄o deuouerat/⁊ ipſi per viſionē admoniti/Romam concitq curſu venerūt/pre
dictiſqꝫ virginibus vltro/ſe ad martyrium iunxere Omnes igitur virgines cuꝫ
predictis ſanctis pōtificibus/tandeꝫ cum Colloniam ex Baſilea perueniſſent:
quam quidem vrbem Huni infideles in feſto Marthe obſidebant. Ad quos
cuꝫ veniſſet ſancta virgo Vrſula cuꝫ pontificib⁹ alijſqꝫ pene inumerabilibus
principib⁹ viris ac virginibus numero vndecim milib⁹/ipos oēs ad martyriū
infracto aīo perferrenduꝫ eleganti oratione exhortari cepit:dicēs. Scitote filie
⁊ ſorores cariſſime ſcriptum eſſe. Mulieres fortes ſapienteſqꝫ edificauerunt ſi
bi domos. Illuminauit enim dominus deus vultum noſtrum ſuper nos:vt ſe
gregaret nos exutero cognationis terre noſtre nō ſolum regione/ſed ⁊ ſpiritu
bone voluntatis:vt de terrenis rebus ad celeſtia regna nos aduocaret. Diuus
etenim paulus diuinorum archanorum vt fideliſſimus conſcius conteſtatur/
dicens. Non eſſe condignas paſſiones huius temporis/ad futuram gloriam q̄
reuelabitur in nobis. Tribulatio inquit patientiam operatur: patiētia autem
probationem:probatio vero ſpem:ſpes autem nō confundit:quia charitas dei
diffuſa eſt in cordibus noſtris. Jn qua quidem charitate/ſi radicati fuerimus
omnia equo animo atqꝫ alacri mente ſuſtinebimus. Proprerea ipēſius obſe-
cro cariſſimi mei:vt nunc/cum propheta vnuſqſqꝫ dicat. Diligā te domie ꝟtus
mea:dn̄s firmamentum meum/⁊ refugium meum/ ⁊ liberator meus. Dilectio

Exortatio pulchra.

enim dñi/virtus ſalutis eſt:q2 deus dilectio eſt:⁊ qui manet i dilectiõe:in deo manet. Adſunt ei3 vt videtis humane mortis tribulatiões i earu3 aũt ſorte vocauit nos deus perhemni leticia/vt i hereditate celeſti/⁊ in honore regali/cõſtituat nos ſemp. Igitur nobis nũc tollerãde ſũt paſſiões ⁊ tormẽta/q2 mox nobis a deo ipo recũpenſabunt. Itaq3 eſtote parati q2 iã ad corona3 vocamur/⁊ du3 xp̄m conati ſumus imitari/⁊ eius veſtigijs affigemur/depoſitiſ oneribus/⁊ ĩpedimẽtis/atq3 compedib9:quibus ſeculi hui9 amatores attinẽtur/ ſedẽtes in tenebris/⁊ i vmbra mortis/nos iã liberati/expediti comittemur dñm maieſtatis crucifixu3. Cuius ymaginẽ nõ poteſt portare/ niſi qui ĩ hoc ſeculo nudũ ⁊ mortuu3 ſe reddit. His ⁊ ſimilib9 exhortatiõib9 oẽs coroborati ſigno crucis premuniti/data vnuſquiſq3 ſuo proximo pace:proxis verſus Coloniam porecti Barbari/veluti/canes ⁊ lupi ĩ oues irruẽtes:vniuerſam multitudinẽ ſagittis ĩteremerunt. Cu3 autẽ ad beatiſſimã ſpecioſiſſimãq3 vrſulã (ceteris trucidatis) perueniſſent:vidẽs princeps nimiã/atq3 eximiã eius elegãtie pulchritudinem/ vehemẽter obſtupuit. Cõſolanſq3 eam ſuper necẽ virginum ⁊ exercituſ ſui:promiſit/q eam in coniugẽ ſibi copularet. Sed cũ illa ipſũ penitus reſpueret: ipe cõtẽptui ſe hr̄i aiaduertẽs : eueſtigio Arcu arepto/ ſagitta eam traſſigiens eo mortis genere/ martyrium conſumauit . Atq3 ita ſancta virago vrſula cu3 ſua prope modu3 infinita ſocietate: tam conducibilẽ pr̄ie ſue Britanie:Germãiſq3(vt ita dixerim)cũctis/vitam egit: vt etiã poſt morte3/nõ paru3 illiſ/maximeq3 Agrippine ciuitati vtilis ĩeterna habitatiõe cũ ſuis permãſura ſit. Uirtutis ãt ſue monumẽta/per totum terra2 orbem adepta: regale ea in vrbe Sepulchru3 cõſecuta eſt vbi frequẽtiſſima quottidie fiunt miracula. Earum itaq3 annua celebritas/vndecimo challẽdas nouembris dicata celebratur/a fidelibus populis. De huius autẽ ſancte virginis ſociarũq3 predicta2 paſſionis tẽporibus/q̃dam fuit apud illuſtres hiſtoria2 ſcriptores ambiguitas. Cum ſint qui dicant illam paſſam fuiſſe tẽporib9 Alexandri romano2 principis/ qui deſijt regnare in anno ſalutis noſtre/ſexto ⁊ trigeſimo ſupra ducẽteſimu3. S3 ratio nõ patit/ vt tali tempore paſſa fuerit beata vrſula /quũ tunc Scycilia regni titulu3 nõ hr̄et/neq3 bizantiu3:ſ3 verius eam paſſam tẽpore ſupra premiſſo.

De Amalaſuntha optima Gothorum regina. cap.cxxxvi.



Amalaſuntha vidua Oſtrogotoru3 regina. Theododorici heretici regis filia/ femina quidem corporeo decore/eruditiõne/morib9/ magnificentia / liberalitate / honeſtate ⁊ laudabili pudicitia decora: poſt chriſtianu3 natalem/anno vigeſimo ſecũdo ſupra qngenteſimũ/ſue gẽtis regno ſuſcepto/inclita ſplẽdidaq3 plurimum fuit. Hec quippe Theodorico eius pater defuncto/cũ Athalarico filio ſuo paruulo regnum ſuſcipiẽs/regnauit apud rauenã vetuſtiſſimã Italie vrbe3/annis octõ. Mulier ſiquide3 prudẽtiſſima:bona2q3

virtutum/ac liberalium artiuz ſtudijs ornatiſſima. Que vt erat muliere catholica/paterno regno ſuſcepto: cōfeſtim multa patris malefacta tēperauit. Ac inter cetera ꝛ Symachi/ꝛ Boetij filijs patrimoniū ablatuz reſtituit: idqꝫ ꝛ alijſ/ cōplurimis/ſuis bonis priuatis/clemēter reddidit. ipſuz preterea Athallaricū filium ſuum (renitētibus gothis) diſciplinis omnibus/ac grecis latiniſqꝫ litteris īſtituere/ꝛ erudiri curauit. Qui quidem Athallaricus quāuis ob paternaz hereditatem/arriana labe eſſet īfectus: tamē Bonifacium ꝛ Joānem pōtificem eius nomīs ſecūdum/ambo videlicet pontifices romanos: magnis fauoribus ꝛ honoribus proſequi nō deſtitit multaqꝫ alia ob catholicam fidem laude digna/peregit facinora. Cumqꝫ annis octo cū matre regnaſſet/in florida etate/mortem obijt: quo mortuo/ipſa genitrix Amalaſuntha regina/quendam ſuum cōſobrinum Theodatum nomine regni conſortez ſuſcepit. Qui Theodatus latinis ac grecis litteris īter cetera admoduz cuz eruditꝰ eſſet/phyloſophie quoqꝫ quāmaxime operaz dabat. ꝛ īter ceteros/platonē phyloſophuz vt plurimuz ſequebaẜ. Qui orāte ipſa regina Amalaſuntha/multa preclara geſſit facinora. Quāmaximeqꝫ Burgondiones lyguriā ꝛ emiliam turpiter ꝛ īfenſe nimiuz vaſtantes/ſimiliter ꝛ Alemanos/qui Veneciā noſtram prouinciam vaſtauerant ac ſpoliauerant. cum magna ipſorum cede/ex italia pepulit ac romanam prouinciam deperditam/recuperauit. Atqꝫ pacem cum Juſtiniano imperatore frācorumqꝫ rege obtinuit. Sed poſtea cum populationibus ꝛ rapinis (reſiſtente ac reclamāte plurimum Amalaſuntha) indulgeret: illam cepit ꝛ maxima īgratitudine vſus in inſulam vulſini lacus perpetuo relegauit. vbi ꝛ tandem eam a quibuſdam malignis occidi permiſit. atqꝫ eiuſdem filiam vxorem regniqꝫ ſociam accepit/ꝛ fecit. Fuerat igitur Amalaſuntha virago clariſſima/memorabiliſqꝫ femina/grecis latiniſqꝫ litteris egregie erudita/adeo/vt cū quibuſuis erudi tiſſimis viris/de omni ferme diſciplina congredi ꝛ diſceptare nō pertimeſceret. Cuius quidem mortem Juſtinianus Auguſtus per egre nimium tulit/de eaqꝫ vindictam omnino ſumere conſtituit. Hec quippe poſteaqꝫ ea in vrbe ſupbas edes Baſilicaſqꝫ multas intras vrbem cōſtruxiſſet. etiam extra monumentum in rothondo/vnico/ꝛ integro/eoqꝫ vaſtiſſimo lapide cohopertum ingenti īpenſa conſtruxit. ſupra cuius ſumitatem Mauſoleum ex precioſiſſimo quidez proferitico lapide compoſuit. Jnquo paterna oſſa/omni cuz reuerentia atqꝫ honore regio collocauit. Eſt nempe lapis ille permaximus/quadāqꝫ incredibili admiratione dignus. Eius etenim latitudo in qualibet parte/triginta peduz ſpacio protenditur. Jdemqꝫ locus/nunc ſancta Maria rothonda nuncupatur. vbi ꝛ poſtmodum monaſterium monachorum extructum adhuc manet. Perfecit qꝫ hec ſancta femina opus a genitore ſuo ea in vrbe ceptum. quod ſancti Martini templum in aureo celo/nunc ꝑo mutato nomine ſancti Appolinaris ī nouo appellatur. Super cuius pinaculum/idem pater regine eream ſtatuam auro puriſſimo deauratam variſqꝫ/ornamentis redimitā/vt glorioſum opus oſtēdaret/erigi iuſſerat quam ꝛ Carolus magnus francorum rex/quum totam ferme ſibi ſubiugaſſet italiam/in galliamqꝫ reddiret/ſubtraxit/ ſecum in facinoris monimentum deferri iuſſit. palamqꝫ (vt aiunt) teſtatus/ſimilem ſenuſqꝫ vidiſſe: nec artificio/nec ornatu celſiorem.

De ſancta Scolaſtica virgie. capitulum. cxxxvij.



SColaſtica ꝟgo:diui Bene/
dicti ex eiſdē parētib⁹ ger
mana:tēporibus Juſtini ſe
nioris Auguſti/ Joāniſqꝫ
pape ei⁹nomis primi/circa annū ſalutꝭ
noſtre quartum ⁊ vigeſimū/ſupra qn/
gēteſimuz/ob eximiam eius vite ſancti
tatez/⁊ religionē perfectiſſimaz/in tota
ferme italia maximeqꝫ/apud Aprutiū
italie prouītiaz clariſſima effulſit. Hec
quippe virgo ſāctiſſima ex vmbria ita
lie regiōe/que nunc Ducatus Spoleti
nus nūcupatur in Murſia vrbe vetu/
ſtiſſima originē trahēs parētes nobiliſſimos eā habuiſſe cōſtat. quam ego ob
inſignez/maximāqꝫ ſanctimoniaz/⁊ alia eius preclara geſta atqꝫ miracula inter
claras femias ponēdam cēſui.Cuius etſi/neſcius ſim difficilimuz eſſe/virtuti/
bus/⁊ glorie comēdationē parez iueniri poſſe.Ueꝝ tamē pro modulo/mei īge
nij/fretus quāmaxime teſtimonio diui Gregorij/aggrediar:quoniā ratiōi mi/
nime cōſentaneū foret/eā nec īferiorez laudez ac claritatē aſſequi debē.propte/
rea ꝙ ad ſummū pfecte ſanctitatis culmē puenerit.Quecūqꝫ aūt hec ſancta vir
go/ſua in religiōe geſſerit.quā breuiſſime potero/ſermone percurrā.Nā ⁊ aliq
bus ipſius rebus geſtis:moreſ quoqꝫ ⁊ mirificā ſanctimoniā(vt arbitror)ex ip
ſis ſpectare licebit.Cū igiꝛ ſctā Scolaſtica iuuenili adhuc etate florēs/ad imi/
